FRATRES DE RILLIS PRO DOMO SUA.

# TRACTATUS
DE
# PERPETUARIIS
SIVE DE
## SUPREMORUM PRINCIPUM CONCESSIONIBUS.

Et ad ſpecialem materiam plurium Literarum Apoſtolicarum Concedentium, aut Confirmantium PORTAM FLAMINIAM, & PRÆFECTURAM Murorum, & antiquorum Ædificiorum Urbis

*ALEXANDRO de CRESCENTIIS, ejuſque in perpetuum Succeſſoribus etiam extraneis, quales ſunt, ex perſona Fabritii Urſini ſui Auctoris & Conſanguinei, ipſi Fratres de Rillis.*

Hujus præcipuæ Materiæ occaſione plura attinguntur de Donationibus, Feudis, Emphyteuſi, Officiis, Fideicommiſſis, & Beneficiis Eccleſiaſticis.

OPUS PRIDEM MAJORI MOLE COMPOSITUM

A B

## ANNIBALE RILLIO
PATRITIO ROMANO ET FLORENTINO,

ET IN ROMANA CURIA NON OBSCURI NOMINIS ADVOCATO:

Quod in Compendium redegit, & pluribus additis, demptis, & pro re nata immutatis, omnibuſque contractis, evulgat

## JACOBUS DIONYSIUS RILLIUS DE URSINIS

Olim in Piſano Lyceo, poſtea in Florentino Juris Civilis publicus Interpres Ordinarius, ibique Advocatus, & Illuſtriſſimi Magiſtratus Novemviralis Conſervatorum Juriſdictionis, & Dominii Florentini Aſſeſſor, & Auctoris Germanus Frater.

LUCÆ MDCCXXI.
Typis Leonardi Venturini.
*SUPERIORUM PERMISSU.*

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTO PATRI

# FRANCISCO DE PAULA

Suo, ſuæque Gentis antiquo Patrono, grati animi teſtimonio in multis acceptis, fiducia magna in ſperatis Beneficiis, maximo obſequio, omnique officio devinctiſſimi

FRATRES DE RILLIS.

NON levis profectò nobis conſcii videremur injuriæ, ſi Te, ( SANCTE PATER) antiquo noſtro, quem toties propitium experti ſumus, Patrono relicto, alium inter homines ad tutelam juſtitiæ noſtræ, & hujus Operis quæreremus. Quæ enim eſt in mortalibus amplitudo, potentia, aut dignitas, quæ cum ea Gloria, quam Deus Optimus Maximus capiti Servorum ſuorum circumdedit, conferri poſſit? Quos non mendaci hominum commendatione, ſed Divino Teſti-



Digitized by Google

monio, non privatis honoribus, ſed publicis Aris, & Populorum Veneratione probari voluit. Te autem inter hos Supernos Cœlites ſuſpicientes, Omnipotentique Numini pergratum, ejuſdemque ſingularium Beneficiorum etiam per inaudita prodigia benigniſſimum Diſtributorem; in hoc Domus Noſtræ, quam ſemper forti tuo Patrocinio reſpicere dignatus es, gravi negocio, opem tuam validiſſimam fidenti prece imploramus. Quum enim mentis acie, & per illud fulgidiſſimum Gloriæ lumen Divinam Majeſtatem intuearis, & ibi omnia Noſtra, & aliena tibi perſpecta ſint, quid in re hac Conditori Summo glorioſum, nobiſque in ævum ſalutare futurum ſit non ignoras; atque ut id unum fiat, Te vota noſtra exhibente, ſupplices exoramus. Non equidem inficiamur bonum Cauſæ noſtræ, Te auſpice, eventum ſperare, de quo quaſdam quaſi arrhas, & pignus habere nobis videmur, facti memores hac ipſa in re miraculo proximi, quo fuit noſtræ, Te protegente, incolumitati ſatis conſultum. Quippe novem ante annos, imminente contra nos contraria Judicum Sententia illa, quam juxta noſtram tenuem humanam ſcientiam minùs æquam putamus, alter noſtrum, qui labori huic primus, præcipuuſque operam dedit, auxilium tuum, (Sancte Pater) non ſine fiducia expetivit, ut, quod timebatur, malum averteretur, & ad hoc pluries in Ara tibi dicata peragi Sacra Myſteria curavit; Votique compos factus eſt, lata inde irrita ex plurimis, & ſolemnibus cauſſis Sententia, quæ nobis nihil, aut minimum noce-

re

re poſſet. Jure autem eventum hunc, cortice tenus nobis contrarium, miraculo proximum appellavimus: Nec enim ſine quodam prodigii genere accidit, tot oculatiſſimos, ſolertiſſimos, doctiſſimoſque Judices, totque utriuſque Fiſci Patronos acerrimos, & vigilantiſſimos cæcutire, ut ipſis Cauſam agentibus, & victoriam parantibus, ac præſtolantibus, omnia in irritum apertè ceſſerint; ut cæcitate ſimili percuſſi a Te fuerunt, (PATER SANCTISSIME) barbari illi Milites, quos medios pertranſivit tibi addictus cliens Gabriel Cæſaris dura captivitate detentus, fractiſque catenis ad ſuos feliciſſimè redux. Si ergo perierunt arma bellica, ſi laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus, & melior modò ſpes nobis affulget, quare id tibi referre non debeamus acceptum? Itaque & grati animi ſignificationem hanc benignus excipe, tuoque fidentes patrocinio ne deſeras, ſub quo Majores noſtri fuere viventes, & mortui quoque eſſe voluerunt, paratis ſibi, nobiſque, ac poſteris in Ædibus tibi ſacris Romæ, ac Florentiæ Sepulcris, quorum & alterum una cum ornatiſſimo Sacello ibidem ab Urſina Gente, ipſa quoque tibi addicta, nobiſque cognatione juncta, jure hereditario recentiùs nacti ſumus. Multa quidem dicenda eſſent de laudibus tuis, omniumque Virtutum corona, qua nobile Caput tuum, immortalis Heros, cingebatur quum inter mortales ageres, innumeriſque planè ſignis, inauditiſque prodigiis, quibus Te & viventem, & ad Superos tranſlatum, Rex Regum, & Naturæ Dominus illuſtravit, quique in te verè mirabilis eſſe voluit, Sanctumque

No-

Nomen tuum in toto Terrarum Orbe celeberrimum effecit. Verùm hæc feliciore auſu ab aliis effecta, nec brevi hac Epiſtola includi, ſed magno volumine digna ſunt; ideo præſtat omninò ſilere potiùs, & admirando Te venerari, quàm pauca dicere, & cum injuria quadam tot tantaque alia dicenda prætermittere. Quare huic noſtræ tecum loquendi audaciæ finem facientes, tibi (Pater Optime) nos ipſos, ut quæ recta ſunt coram Deo ſemper viventes agamus; Spiritus noſtros in terribili ſuo hujus mortalis peregrinationis fine, exituque vitæ, ut nova ac æterna inde nobis per infinitam Omnipotentis Dei Miſericordiam ſuboriatur; Filios poſteroſque noſtros, ut ſemper Dominum timeant, & ambulent in viis ejus; Res noſtras omnes, Jura iſthæc demum noſtra, ut eorum aliquando fructum capiamus, quum Divinæ Bonitati placitum fuerit, & quum prænoverit, illa æternis ſperatis Bonis nequaquam impedimento futura; religioſiſſimo obſequio iterum atque iterum commendamus.

DO-

# D O C T I S

PROBISQUE JURIS UTRIUSQUE CONSULTIS,

Veritatis, & Juſtitiæ, puræque ac germanæ Juriſprudentiæ cultoribus

JACOBUS DIONYSIUS RILLIUS DE URSINIS

Felicitatem, propoſitique tenacitatem.

COgitanti mihi, & cum viris pietate, ſcientia, ac rerum experientia præditis ſæpenumero diſſerenti, an jure aliquo, vel injuria frequenter homines queri ſoleant de placitis eorum, quos Juri dicundo publica Auctoritas prætulit, ut non rarò, quæ ipſi ſenſerunt, a Veritate & Juſtitia aberrare putent, aliquando per ſordes contaminari, pluries gratiæ, potentiæque Litigatorum obſequi, plurimùm verò amori, odio, timori, ſpei, popularibus ſuſurrationibus, ſuperbiæ, inertiæ, ſocordiæque, ac ſæpiùs maleſanæ cuidam proprii ſenſus abundantiæ famulari: hæc, inquam, mihi animo repetenti contigit, ut ſanè multa per invidiam, atque calumniam obloquentium, & maleferiatorum de optimis viris dici certior ſim factus; nec tamen fugeret me, communem querelam, inofficioſam quidem venerabili Juriſprudentiæ Sacerdotio, injuſtam verò nequaquam, aut falſam aliquando

eſſe;

eſſe; hoc me diuturna docente experientia, vel propria, conſultum de Jure reſpondentem, ac ſuper judicatis iterum judicantem, vel aliena, id a ſapientiſſimis crebrò affirmantibus audientem. Quæ enim communiter homines vociferantur, non quidem omnino ac ſemper, ſed partim ac interdum vera ſunt: Omnemque dubitationi locum aufert Divinum Oraculum per *Iſaiam Prophetam cap. 59. verſ. 4. 9. & 14. — Non eſt qui invocet Juſtitiam, & non eſt qui judicet verè. Propter hoc elongatum eſt judicium a vobis, & non apprehendet vos Juſtitia. Expectavimus lucem, & ecce tenebræ; ſplendorem, & in tenebris ambulavimus. Et converſum eſt retrorſum Judicium, & Juſtitia longè ſtetit; quia corruit in platea Veritas, & Æquitas non potuit ingredi* — Quid autem peculiaris cauſſæ ſit, cur omnibus Veritatem, & Juſtitiam laudantibus, non omnes agnoſcant & amplectantur, haud planum eſt invenire, ſed benè diſtincta quæſitum indagatione aſſequi fidendum eſt. Itaque rarò contingere opinor per ſordes æquum & bonum violari, & Judicia venundari, quia rari ſunt ita perditi & perfrictæ frontis homines, qui tam apertè Dei timore, atque honeſtate poſthabitis, talia audeant perpetrare. Aliquando tamen & hæc fieri [ *Quid enim non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames?* ] prudentis eſt pro re nata ſuſpicari, ſibique ſolerter opportunèque cavere. Gratiam affectantium, potentiæque aſſentatorum aliquanto amplior eſt numerus; & in his rarum pariter jugulatæ Juſtitiæ iniquiſſimum ſacrificium. Timendum nihilominus hoc etiam a prudentibus Litigatoribus, atque cavendum, quos admonet Sacra Pagina *Eccleſiaſtici cap. 8. Ne cum potentibus litigent*. Turba magna illa eſt, ad quam congregantur multi, neque verè omnes ſapientes, neque inſipientes, quos ſi judices nactus fueris, omni ſtudio cura ut amicos habeas, ſi victoriam cupis Juſtitiæ comitem. Sunt enim id genus homines aut plurimùm periti, aut mediocriter: nam penitus imperitos rariſſimo exemplo videris publico judicandi munere fungi. Multa pollentes Juris peritia invenies aliquando animoſos, ſibique ultra modum fidentes; non adminiſtratores, ſed quaſi Juſtitiæ dominos, alienoſque a laborioſa cognitione eorum, quæ Facti ſunt, & in quibus etiam prudentiſſimi viri falluntur. Si ab his quæſtionem dubiam dirimendam expectas, procelloſo commiſiſti pelago ratem, fortunæque aleam nimis incertam tentas, quam an in bonum, vel malum eventum ceſſuram ſcire cupienti, divinatione tibi opus eſt: Si benè auſpicatus fueris, & caput Judicis ad te ſit verſum, nullo alio indiges adjumento: ſin malè, averſaque mens illa ſit, nihil tibi certitudo Facti, nihil proderunt perſpicua Jura; incaſſum validiſſima patrocinia, incaſſum omnia. Hujuſmodi ſanè ex peritioribus nonnulli ſunt, ſed multos etiam invenies moribus æquè, ac ingenio præſtantes, in Factis percipiendis, retinendiſque diligentiſſimos, clari Juris promptos executores,

ob-

obſcuri ſcrutatores acerrimos, humanitate ſumma, corde docili ( quale ſibi a Deo, ut rectè judicaret, Rex ſapientiſſimus Salomon deprecabatur), non per contemptum, ut aliqui, ſed cum magna reverentia, animique lenitate Rem ſacram Juſtitiæ peragentes, non difficiles, non inflatos, non duros, ſed amabiles, ſinceros, rectos, officioſos, prudentes, ſanctoque timore, ac ſpiritu Dei plenos. Si hos tibi Cœleſtis Pater Omnipotens Judices largitus fuerit, læto animo eſto, ſi juſta petas, vel ab injuſta alterius petitione vexeris. Etſi enim ſapientiſſimus & cordatiſſimus quilibet, ob naturæ humanæ imbecillitatem, aliquando errare poſſit, infrequens tamen erit error, & ſi contigerit, Deus Optimus Maximus meliora, quum ſibi videbitur, ſub alio Judice dabit. Quid autem a mediocris doctrinæ Jus tibi Dicente expectabis? Mediocria utique multa, & plerumque bona, ſi rectus corde ille fuerit, & eorum quæſitor diligens, quæ Facti ſunt, neque rei altioris cognitio ſit: huic enim dabit Deus Spiritum bonum, ut verum juſtumque aſſequatur. Sunt enim hujus generis multi, quibus Reſpublica utitur, vel quòd aptiores terribile judicandi munus haud ſemel refugiant, excelſoque animo nati, & inanis gloriolæ pecuniæque cotemptores acerrimi, Munera publica meruiſſe magis gaudeant, quàm adminiſtrare: Vel quòd his largitor omnium Deus ſatis eſſe malit puriſſimum honorem notæ ſapientiæ, qui alium exteriorem quemvis [ quæcunque ſit vulgi opinio ] longo ſuperat intervallo; anxiaſque deeſſe curas, tempeſtateſque publicæ exercendæ Poteſtatis, ut proprio ſemper magis excolendo ingenio vacare poſſint, aliiſque verbo ſcriptoque docendis: vel quòd huic etiam jungatur cauſſæ numerus Judicantium non exiguus, quem implere ullo modo nequit alter longè minor numerus eorum, qui perfecti Juriſconſulti appellari meritò poſſint. Accedit his judicandi munus in ſe difficile, & ſcopuloſum, ad quod benè adminiſtrandum plurimæ neceſſariæ ſunt non vulgares animi dotes, quarum ſi una aut altera deſit, Juſtitia periclitetur, optimoque Judice careas. Ut enim talis haberi poſſit, nihil non perveſtigare ingenio, nihil non complecti memoria, nihil non aſſequi judicio debet; non labore frangi, non tædio confici, Jus aptè Facto jungere, prudentem lucidamque rerum, perſonarum, negociorum, benèque diſcretam habere rationem, firmitatem atque conſtantiam in ſapienter electis, lenitatem, verſatilemque facilitatem in eligendis, aut malè electis removendis abiiciendiſque, ſagacitatem, prudentiam, juſtam ſui ipſius æſtimationem atque fidentiam, ubi opus ſit, modeſtamque ſimul, ſi res poſtulet, ſuſpicionem; Juſtitiæ amorem denique flagrantiſſimum, religionem in Deum, demiſſamque ejuſdem in bonitate, & ſimplicitate cordis, ac perennem inquiſitionem, juxta monitum illud Divinæ Sapientiæ *Cap.1. in prin.* *Diligite Juſtitiam, qui judicatis terram, ſentite de Domi-*



Digitized by Google

*mino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum*. Illud etiam, ac magnum quidem Juſtitiæ diſcrimen eſt, quòd ex animi motibus, affectionibus, aut perturbationibus oritur: Ex his enim ſi etiam leviter fluctuet animus Judicis, ut magis gaudere videatur de victoria unius potiùs, quàm alterius Litigatoris, cupiatque aliquantulùm juſtas invenire judicandi cauſſas, rationeſque pro amico, potentiore, obſequentiore, aut ſimili alio quolibet, vel contra inviſum, inobſequentem, abjectum, humilem, aut impotentem; jam de Veritate & Juſtitia actum eſt in quæſtionibus in Facto, vel Jure aliquo modo dubiis, claris autem apud ſapientes, nullaque cura affectos viros; jam puta inveniſſe Judicem quod ſtudioſè quærit, obtinuiſſe quod optat, omnia aſſiſtere amico jura, omnia inviſo reſiſtere; jam exiguum affectionis lapidem fictiles percuſſiſſe pedes magni Babilonii Simulacri, ejuſque confregiſſe ac ſtraviſſe aureum ſapientiæ caput, argenteum pectoris cordiſque candorem, ventris, fæmorum, tibiarumque æneam ferreamque conſtantiam contriviſſe. Cujus quidem non infrequentis eventus certo illud eſt argumento, quòd omnes prudentiſſimi viri animadvertunt, audiri nonnunquam doctos proboſque Judices ineptè loqui, & puerilia effutire, nec non minimarum rationum momenta pro maximis exaltare, & maxima pro minimis deſpicere, ſi hæc obſtent, illa agitato perturbatoque animo faveant. Quod ſanè illos agere aut bona, aut ſaltem non mala fide credendum eſt; & quia perſpecta multorum probitas aliter opinari non ſinit; & quia viris doctis dedecori & pudori eſſet talia vaniſſima, ac ſe indigna, coram æquè doctis illa irriſuris proferre, niſi ita verè ſentirent, & niſi illa pars animi, quæ curis ac perturbationibus agitatur, & fluctuat, aliam intelligentem corrumperet, perverteret, obnubilaret, peſſumdaret. Plurimùm denique Veritati & Juſtitiæ detrahunt aliquorum negociorum magna, intricata, & confuſa moles, Factorum obſcura, verſicolor, captuque difficilis multitudo, nimiæque Judicantium occupationes, quibus preſſi & exiguam ſingulis Cauſis operam poſſunt impendere, & facilè verſutorum, ac veteratorum circumventionibus, jactationibus, ſophyſmatibus, affectatiſque Factorum confuſionibus ſubiiciuntur. Quæ ſi ubique non parum, profectò Romæ plurimùm uſu frequentia ſunt, ubi in magnis, ſalebroſis, ac difficillimis quibuſque Cauſis ab illis negocioſis Judicibus cognitiones breviſſimæ, ſententiarum dictiones citiſſimæ peraguntur. Sed quorſum hæc? Non aliò ſanè, niſi ut intelligatis (docti probique Viri, quibus hæc ſcribimus) cauſſam hujus editæ Lucubrationis, atque Compendii majoris longè Operis, quod Annibal germanus meus jam compoſuit, poſtquam Romæ coram lectiſſima optimorum Præſulum Congregatione, à Sanctæ Memoriæ Clemente XI. delegata, juſtiſſimè petivit Portam Flaminiam, Præfectu-

ram-

Digitized by Google

ramque Murorum, ſibi, Familiæque noſtræ omni jure debitas; acerrimè contra nos ſtantibus, Cauſam dicentibus, indebitamque victoriam obtinentibus utriuſque Fiſci, Apoſtolici, & Capitolini Patronis. Quum enim non una, ſed plures de ſuperiùs adductis, Juſtitiam interventibus cauſſis, infenſæ fuerint optimis juribus noſtris ( nullæ quidem inſidentes animo intrinſecùs judicantium, quos integerrimos doctiſſimoſque obtinuimus; ſed aliæ extrinſecùs à negocii amplitudine, Factorum confuſionibus, diſſeminatis ſuſurrationibus, brevique nimis, una & altera tantùm vicibus, Cauſæ diſcuſſione inſurgentes ) & præter ſpem, prudentemque expectationem noſtram, improſperum eventum produxerint; timendumque eſſet pejora ſemper nobis in dies eventura: optimo quidem conſilio idem Annibal mox indicatum Opus [ ſuo tempore, quum occaſio & neceſſitas tulerint, formis excudendum ) aggreſſus eſt, compoſuit, atque perfecit; ut ſcilicet ea, quæ ſunt Facti, & in pluribus mutilata, obtruncata, & ad ſummam confuſionem redacta in perniciem noſtram fuerunt, ſuæ primæ veritati reſtituantur, quod a nobis ſincerè & religiosè ſervatum eſt: Ut tot in diſputationem adductæ Juris quæſtiones, vel in ſuppoſitis erroneis Factis malè fundatæ, vel contra certiſſima Juriſprudentiæ principia & dogmata, ad manifeſtè falſas aſſertiones diſtortæ cuique pateant: Ut nemo non intelligat, nos tutiſſimis Facti documentis, Legumque præſidiis innixos, quæ noſtra ſunt vindicare, non indebita expoſcere ( ut malevoli ſuſurraverunt ) voluiſſe; non fracto, ſed conſtante animo infortunium tuliſſe; malæ tempeſtati, Æſopi exemplo arundinis, nè frangeremur, ceſſiſſe; rebuſque noſtris quodammodo profligatis ſuppetias ferre conatos in aptiora tempora, tutelam validam nobis Familiæque noſtræ [ ſi Jura valeant ] adſtruxiſſe; armiſque noſtris, quæ Legum placita ſunt, ſtrenuè pro viribus dimicaſſe; noſtris utique ( abſit verbo jactantia, abſit invidia ) quia nos duo ſuperſtites, Annibal primus Operis auctor, & Ego [ nam Philippus alter melioribus pietatis ſtudiis, Regiique Patrimonii rationibus gubernandis incubuit ] aliique duo ad perennem vitam tranſlati Fratres, famaque noti Antonius & Joannes Franciſcus, a Juris peritiſſimo Parente noſtro Raphaele ad Juriſprudentiæ penetralia a prima uſque adoleſcentia deducti fuimus, ibique alti, diuque verſati, longum iſtud, dumiſque plenum iter confecimus: Ut denique qui Cauſam hanc iterum judicaturi ſunt, rem in Facto, & in Jure undequaque planam inveniant. Nuper enim nobis benignè indulſit juribus noſtris uti Sanctiſſimus Innocentius XIII. Pontifex Maximus, nunc feliciter regnans, qui inter alias excelſas, a nobiliſſimo, totque Summorum Pontificum propagatore Genere hauſtas animi ſui dotes, Juſtitiæ amantiſſimus prædicatur, eximiiſque magnanimitate, ac liberalitate [ quæ propriæ Magnorum Principum virtutes ſunt]



Digitized by Google

mirè præfulget, ut alienum prorſus ſit ſuſpicari malam futuram Cauſam ſub optimo Principe. Conſilium ergo fuit involuta penſa, nodata fila, noxiaque ſemina, inter bonas fruges ab Adverſariis projecta, extricare, ſolvere, enodare, ac ſeparare, malaſque ſubortas herbas evellere, atque extirpare; & quicquid in oppoſitum ſcriptis mandatum eſt, quicquid a quoquam ſermonibus uſurpatum, divulgatumque, nobiſque notum, ad examen, rigidamque trutinam revocare, & radicitus proſternere, atque conterere. Quare primo hoc juris noſtri per nos ipſos facto periculo, peractoque privato quodam judicio, ſecundum magis dignum ac venerabile veſtrum erit [ lectiſſimi, ſapientiſſimique totius Orbis Juriſconſulti, quibus hoc Opus noſtrum inſcribitur ]; & tertium erit tandem illorum, qui aliquando hac de Cauſa jus dicent, quique ut probatiſſimi doctiſſimique ſperantur, de vobis erunt, ſuamque ſimul ac veſtram, non prævento perturbatoque animo conceptam, & in ſapientum eruditiſſimis cœtibus promulgatam ſententiam, auctoritate publica confirmabunt. Ita expectandum ſuadet diligens, quieta, longique temporis inveſtigatio, quam hujus negocii nos Fratres fecimus, qui beneficio Dei Optimi Maximi [ cui ſoli ſit honor & gloria, ac perpetua gratiarum actio ] non gregarii Juriſconſulti eſſe credimur; nec non diu libratę trutinatæque rationes nobis oppoſitæ, quæ omnes nullius planè ponderis inventæ, demonſtratæque ſunt, ac ſemper errore Facti, vel Juris, & ſæpè utroque innixæ animadvertuntur. Itaque rebus non indiligenter diſcuſſis, Factorum ſerie ſuis opportunè locis non obſcurè digeſta; Juris utriuſque ſanctionibus, receptiſque Juriſconſultorum & Tribunalium ſententiis, neque nimis copioſè & ad nauſeam, neque nimis jejunè aut parcè, ſed ſobriè allatis; rationum præeuntibus, aut comitantibur facibus, ad majorem adſtruendam fidem Juri Factoque adjectis; diſſipatis, & ad ſuum primum nihil redactis contrariis, inter Veritatem & Judicium injectis; omnibuſque in unum corpus hoc compoſitis, aliquo ordine diſcretis, & quantum per materiam licuit, brevitate ſervata: quare animus meliorem Veritati, & Juſtitiæ fortunam non auguretur? Quæ ſanè auguratio erigit ſe in ſpem vividam, neque infirmam aſſequendi quæ noſtra ſunt hoc aptiore tempore, quum difficiliore, etſi nobis poſſeſſione non acquiſita, non tamen adempta fuerint, neque ad alios tranſlata. Sanctæ enim recordationis Clemens XI., qui ob ſententiam contra nos latam opinari fortè potuiſſet Portam & Præfecturam ad Fiſci Apoſtolici, aut Capitolini jura reverſas eſſe, ſibique non injuria licere alios illarum dominos facere, neque poſtulantes [ ut conſtans fama fuit ] quouſque Summus ille Pontifex vixit, defuerint; nunquam tamen vel proſpera lucis uſura fruens, vel fato proximus his de rebus quidquam diſponere, aut volvit, aut potuiſſe arbitratus eſt. Neque

vc-

Digitized by Google

verò aliud hoc fortius argumento eſſe poteſt, ex quo jus noſtrum in Porta & Præfectura certiùs & luculentiùs probetur. Bonus quippe ille Pontifex, cui Juris ſcientia non deerat, ob exacta in minoribus munera, & quo nemo erat magis peritus in Literis Apoſtolicis, earumque formulis, vi, & efficacitate verborum, & clauſularum, quibus Summi Pontifices aliquid concedentes uti ſolent, quum illis ſcribendis, antequam ad Maximam Thiaram evectus eſſet, per diuturnum tempus vacaſſet; non potuit ſanè non intelligere apertiſſimam, & luce meridiana clariorem vocationem quorumlibet heredum, & ſucceſſorum etiam extraneorum [ quales nos ſumus ] in Literis, ſeu Conceſſionibus Julii III., & Gregorii XIII., & his nihil obſtare, ſed potiùs accedere, & conformari poſteriores Literas Clementis VIII., Gregorii XV., & Innocentii X. Et quum nos primum paſſi ictum, non quidem in ſe fatalem, ſuffragantibus Appellationum remediis, ſed aliorum, ac fortaſſe lethalium prodromum, atque prænuncium, a Lite abſtinendum juſtis de cauſſis duxerimus, emiſſis publicè, & clam, antea, & poſtea ſolemnibus, ad jura noſtra in opportunitatem ſervanda, pluribus Proteſtationibus; abſtinuit ipſe quoque Pius Juſtuſque Piiſſimi & Juſtiſſimi Jeſu Chriſti auctoritate Vicaria fungens a rerum noſtrarum avocatione, aut alienatione, quas nulli petentium conceſſit, & in hoc ſemper commendabili propoſito uſque ad extremum vitæ exitum ( quæ laus ejus magna eſt ) conſtantiſſimè perſeveravit; non quidem timore humano aliquo, qui nunquam in Summam Poteſtatem habentes privatarum occaſione rerum, aut perſonarum cadit, ſed illo Sanctiſſimo, & ſaluberrimo Divini Supremi Judicii; & quia omnium optimè novit Cauſæ juſtitiam noſtræ, urgerique nos iniquum eſſe ad proſequendam malè auſpicatam Litem: Ratuſque etiam diſſeminatas ab invidis [ ad Nos terrendos, ſpe, animoque deiiciendos ] falſiſſimas opiniones, de concedendis per ipſum Porta & Præfectura propriis Agnatis proximis, nimis quidem notæ horum moderationi, illuſque juſtitiæ, gloriæque injurioſas, & quæ nihilominus non levem ſolent habere vim; neque ad compeſcendam illam Cauſæ noſtræ nimis adverſam famam quidquam prodeſſe optimam ſuam voluntatem, pluresque factas humaniſſimas declarationes de loco Juſtitiæ penitus dando, verbis factoque per nos declaratam a Lite vacationem, nobis tunc temporis unicè ſalutarem, interverti noluit; quum benè noſſet jurium noſtrorum perſpicuitatem, & ineluctabilem planè vim Proteſtationum noſtrarum; & æquo bonoque adverſum, claroque Nomini ſuo inglorium inſenſumque futurum, quicquid potentioribus utriuſque Fiſci Patronis ad vexationem noſtram permitteretur. Quod ſanè omnis honeſta, gratique animi ratio flagitat a nobis ſummopere commendari, poſterorum memoriæ tradi, juſtæque laudationis præmio,

mio, quo unicè poſſumus, non fraudari. Cauſſis, conſilioque ſcribendi, edendique Operis hujus patefactis, de contentis in eo, ejuſdemque ordine, atque contextu aliqua breviſſimè dicenda ſuperſunt. Titulus illi *De Perpetuariis*, quorum materia ſingularis ac nova eſt, nec [ quod ſciamus ) ab aliquo adhuc tractata. Quum autem *Perpetuarios* faciant perpetuæ Supremorum Principum Conceſſiones, ideò de his adjectionem titulo fecimus. In octo Capita Tractationis hujus diviſio ſumma; ſingulorum in plures, aut pauciores Articulos, ut res exigit, ulteriorem habet partitionem: Quæ res, per multiplicem titulorum diſpoſitionem, non parum perſpicuitati ac brevitati prodeſſe viſa eſt, ex quibus legendi cupiditatem excitari, & tædium evitari poſſe arbitratus ſum. Quia verò animadvertebam, ea de cauſſa non ſolùm opportunam eſſe talem Articulorum diſtributionem, quam ipſe effeci, ſed etiam [ quidquid commodi & ornamenti acceſſurum eſſet Juriſconſultorum Bibliothecis, ſi univerſum, ut jacet, Opus Fratris mei vulgaretur ] extemplo captum conſilium illius edendi non poſſe me brevis temporis ſpatio exequi, & noſtra plurimùm intereſſe, ut quæ tractantur, univerſa legerentur, quod fruſtra ab occupatis viris ſperaretur; ideo e re noſtra eſſe cenſui Coſmographos imitari, & de Opere quaſi Opuſculum, ſeu modulum educere, ac lineare. Parcet autem pro ſuis erga me benevolentia & humanitate, probatiſſimus Frater, quem ego natu & ſapientia longè majorem, & pro collatis in me beneficiis uti parentem obſervo, ſi doctam laudabilemque Voluminis amplitudinem extenuavi, neceſſaria ad intentum noſtrum excerpſi, plurima ſcitu digniſſima omiſi, non pauca marte meo, ut mens ſuggeſſit, appoſui; quæ omnia parùm quidem diverſo, ſed ſciſſo magis contractoque ordine, legentium commodo, digeſta ſunt. Itaque *primo Capite* de *Perpetuariis* eorumque jure agitur, ad mentem Romanarum Legum, quæ Jus Commune appellantur, ſecundum quod perpetuæ Supremorum Principum Conceſſiones [ quales noſtræ ſunt ] interminata, gaudent tranſitione ad Succeſſores quoſlibet etiam extraneos, nunquam ad Concedentem revertuntur, nunquam aliis concedi, primis invitis *Perpetuariis*, ab ipſo Supremo Principe poſſunt. *Secundum* complectitur *Caput* luculentiſſimam Urbis ſpecialemque Sanctionem, quam vocant *Statutum*, juxta quod Beneficia illa, quæ *Feuda* nuncupantur, & Officia quælibet, exercitii & profeſſionis expertia [ cujuſmodi ſunt Porta & Præfectura, de quibus agitur ] eundem ad extraneos tranſitum perpetuum habent. Quem ſanè Conceſſiones noſtras continere, tanquam merita remunerantes Cardinalis Marcelli, & Familiæ de Creſcentiis, in *tertio Capite* demonſtratur. His in Jure conſtabilitis ex Legibus Communibus, & Municipalibus, nec non ex natura actus remunerationem continentis, atque etiam intelligendi pro pu-

ra

Digitized by Google

ra & ſimplici donatione, & (ut ajunt) *Allodio*; Quæ ſingula, & magis omnia ſimul juncta, latiſſimum aperiunt extraneis quibuſque aditum, niſi ad certas tantùm perſonas, conciliatione carens, adſit coarctatio, cum manifeſta poſt illas ad Concedentem reverſionis conditione, quas plenè probandi onus eſt Aſſerentium: indè plana ſternitur via legitimæ interpretationi Conceſſionis Sanctæ memoriæ Julii III., in qua non ſolùm defectus limitationis ad certas perſonas, reverſioniſque ad Concedentem Juribus Communi & Municipali (quibus etiam præſumenda eſt Conceſſionis conformitas) naturæque actus, ſeu liberæ donationi locum ſuum reliquit, in quo Succeſſores quilibet extranei ſuas habent ſedes; ſed etiam eos ipſos fuiſſe vocatos a Pontifice certiſſima non deſunt argumenta; ex tranſlatione ſcilicet pleni juris, geminata perpetuitate, delato acquirendi jure etiam Succeſſoribus poſterorum, qui alii eſſe nequeunt niſi extranei; prohibitaque demum caſu quolibet vacatione, ſeu ad Concedentem reverſione ipſarum Portæ Flaminiæ & Præfecturæ Murorum: Quæ omnia ſingillatim, una cum pluribus aliis latè exponuntur *quarto Capite*, ibique ab oppoſitionibus vindicantur. *Quintum* continet confirmationem, novamque ſimul Conceſſionem earundem Portæ & Præfecturæ, plenè factas a Sa. me. Gregorio XIII., ac nominatim pro *Succeſſoribus quibuſcunque*, quorum appellatione extraneos comprehendi res clara eſt, omnique penitus dubio carens: Junctis potiſſimùm Pontificio jurejurando, vi & natura contractus Conceſſioni attributis, quibus derogare non potuerunt (ſi hoc feciſſent, quod non fecerunt) Succeſſores Romani Pontifices, neque directè, neque indirectè, neque de plenitudine poteſtatis, quia nulla eſt poteſtas, quæ publicam fidem, jusjurandum, & contractum poſſit infringere, niſi ex cauſſa publicæ neceſſitatis, & æquivalente refuſo; additiſque ampliſſimis derogatione, & exemptione a quibuſcunque expreſſis tacitiſque revocationibus futurorum Pontificum. In *ſexto* autem *Capite* ſatis abundans tractatio habetur de utrinque prætenſo favorabili uſu, qui per Latini ſermonis abuſum *obſervantia* nuncupatur; & quomodo hæc clarum jus noſtrum magis illuſtret, neque aliqua contraria adſit, funditus extirpatis Adverſariorum aſſertionibus, validiſſimè demonſtratur. Extra caſum quæſtionis noſtræ eſſe oſtenditur in *Capite ſeptimo* Apoſtolicas Conſtitutiones Pii IV., Sixti V., Urbani VIII., & Innocentii X., quæ revocant Conceſſiones Rerum, & Officiorum Eccleſiæ: & quia illis tam præteritis, quàm futuris per Concedentes, aut Confirmantes Pontifices derogatum fuit: Et quia Porta & Præfectura ſunt de ſpectantibus ad Capitolium, Populum Romanum, ipſumque Summum Pontificem uti Dominum, & Principem merè ſecularem, non ad Eccleſiam, ejuſque Caput viſibile, de quorum Rebus, Officiiſque tales Pontificiæ Conſtitutiones tantùm loquun-

Digitized by Google

quuntur: Et plenè probatur Apoſtolico Fiſco, tam ſuper aſſerta reverſione (ſi huic locus per inane ſuppoſitum eſſe poſſet) quàm ſuper primævo dominio ipſarum Portæ & Præfecturæ nullum penitus jus unquam competiiſſe, aut competere. *Octavo* demum *Capite* loculenter probatur, invalidam irritamque fuiſſe ſententiam contra nos latam, cum ex pluribus aliis cauſſis, tum maximè ob Juriſdictionis, & Citationis defectum. Hæc igitur ſumma eſt eorum, quæ in hoc Compendio noſtro tractantur; eaque vos æqui bonique facite [ docti probique Juriſconſulti ] & quæ minùs aptè dicta ſunt, humaniter tolerate, atque corrigite; veſtrumque interea rectiſſimum judicium eſto, an jura noſtra ( ut citra dubium demonſtraviſſe putamus ) veris Facti monumentis, certiſque Legum præſidiis innixa, meliorem aliquando expectare debeant fortunam. Niſi enim [ quod uſque adhuc abfuit, ſemperque a nobis abſit ] per ignaviam, ſocordiam, vilemque timorem remittatur, abiiciatur, derelinquatur ( dicebat *Fabius Maximus* apud *Livium lib.22.* ) *Laborare nimis jus ſapè, ajunt, extingui nunquam:* Et *Cicero* pro M. Cœlio clamabat -- *O magna vis Veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, ſolertiam, contraque factas omnium inſidias, facilè ſe per ſe ipſam defendat!* Huic ergo Veritati ſe ipſam tuenti [ Viri ſapientiſſimi, ipſiuſque amici ] aſſertores vos etiam accedite, diuque valete.

Vi-

Vidit Octavius Archidiaconus Sardi.

IMPRIMATUR.

Jo: Baptista Santucci Vicarius Generalis.

Carolus de Nobilibus, Illuſtriſſimi Magiſtratus ſuper Juriſdictione Præpoſitus.

✠ † † IN-

Digitized by Google

Digitized by Google

# I N D E X
## CAPITUM, ET ARTICULORUM
### Totius Operis.


C A P. I.

QUi ſint Perpetuarii, & eorum jus quale. *Pag.*1.

C A P. II.

DE Feudis, vel Officiis, ad Heredes & Succeſſores extraneos tranſeuntibus ex Statuto Urbis. *pag.*3.

ARTICULUS I.

*Explicatur prima pars Statuti Urbis* cap.125. lib.1., *quatenus de Feudis, vel Officiis promiſcuè agit, & equaliter de utriſque diſponit.* pag.3.

A R T I C. II.

*De prima parte ejuſdem Statutis, reſpiciente Feuda & Officia, qua dantur ratione exercitii, aut profeſſionis.* pag.4.

A R T I C. III.

*Axponitur altera Statuti pars, tranſitoria faciens ad extraneos Feuda & Officia, exercitii & profeſſionis expertia.* pag.6.

C A P. III.

DE Conceſſionibus ad extraneos tranſitoriis, tanquam meritorum remuneratoris. *pag.*7.

A R T I C. I.

*De inſignibus benemeritis claræ Memoriæ Cardinalis Marcelli Creſcentii.* pag.7.

A R T I C. II.

*Conceſſiones remuneratarias tranſire ad heredes, etiamſi merita expreſſa non ſint, neque conceſſioni aequivalentia.* pag.8.

C A P. IV.

ALlodialitas, & tranſitus in extraneos Portæ Flaminiæ, & Præfecturæ Murorum latè demonſtratur, vigore Conceſſionum S. M. Julii III. quæ plenæ expenduntur, & ab objectis vindicantur in hoc 3. Cap. in 28. Articulos diſtributo. *pag.*9.




Digitized by Google

ARTIC. I.

*Reſolvitur objectum aſſerte perſonalitatis, ex proœmio Julianæ Conceſſionis deſumptum.* pag.9.

ARTIC. II.

*Prima pars narrativa Juliani Brevis, & objectorum ſolutio.* pag.10.

ARTIC. III.

*De ſecunda parte narrativa Juliani Brevis, cum ampliore, & nova Gratia.* pag.11.

ARTIC. IV.

*Omnia Feudalitatis indicia in hac Julii III. Conceſſione deficere.* pag.12.

ARTIC. V.

*Particula* cum Juriſdictionibus *quomodo inducat Allodium.* pag.13.

ARTIC. VI.

*Quòd Julius III. a Succeſſione extraneorum non abhorruit.* pag.13.

ARTIC. VII.

*Maxima vis perpetuitatis ad includendos extraneos.* pag.13.

ARTIC. VIII.

*Verba* Concedimus, & aſſignamus *donationem ad quoſcunque tranſitoriam induxunt.* pag.14.

ARTIC. IX.

*Supremi Principis Conceſſio, in Allodium, & non in Feudum intelligenda.* pag.15.

ARTIC. X.

*Verba* Spectare, & pertinere *faciunt Conceſſionem Julii realem, realemque, ac perpetuam nominandi facultatem.* pag.16.

ARTIC. XI.

*De Clauſula* pleno jure, *operante in diſpoſitivis donationem, & tranſitum in extraneos.* pag.17.

ARTIC. XII.

*Secluſo explicito, aut implicito pacto reverſionis ad Donantem, certarum perſonarum vocatio non impedit extraneorum Succeſſionem poſt illas.* pag.18.

ARTIC. XIII.

*Tranſlatio* pleni juris *una cum dominio, & libera diſponendi facultate, perfectam Allodialitatem conſtituit, & rem de libero patrimonio Acquirentis facit.* pag.18.

ARTIC. XIV.

*Vocatis a Pontifice* Succeſſoribus poſterorum, *extraneos quoſcunque* *uni-*

Digitized by Google

*univerſales, & particulares fuiſſe vocatos.* pag.19.

ARTIC. XV.

*Julianum Breve a Gregoriano declaratum* pro Succeſſoribus quibuſcunque. pag.22.

ARTIC. XVI.

*Ex Vocationibus* deſcendentium *abſque adjectivo* tuorum, *&* proximioris, *& ex facultate infantibus data regendi, & gubernandi per alios, perpetua extraneorum admiſſio probatur.* pag.24.

ARTIC. XVII.

*Decretum de non vacando, ſeu prohibitam devolutionem per mortem, delictum, aut alio quovis modo, extraneorum perpetuam vocationem certam facere.* pag.25.

ARTIC. XVIII.

*Prohibitam fuiſſe devolutionem in caſum mortis etiam extraneorum, & vaniſſimum eſſe objectum de pluralitate in ſingularitates reſolvenda.* pag.26.

ARTIC. XIX.

*Prohibitio devolutionis per mortem civilem, aut delictum quodvis, aut quocunque alio modo, locum habere nequit, niſi extraneis perpetuò vocatis.* pag.29.

ARTIC. XX.

*Quòd verba illa* -- ſed apud filios, heredes, & ſucceſſores præfatos remanere debere -- *extraneorum ſucceſſioni non obſtant.* pag.30.

ARTIC. XXI.

*Eadem verba*, Sed apud filios &c. *retorquentur, & extraneis favere oſtenduntur.* pag.32.

ARTIC. XXII.

*Rurſus intentio Extraneorum fundatur in dictis verbis* -- Sed apud filios, heredes, & Succeſſores præfatos remanere debere --, *uti excludentibus heredes Sanguinis, tunc extinctos; uti exprimentibus heredes, & Succeſſores diſcretivè a deſcendentibus in prima parte negativa Decreti de non vacando nominatis; & uti* heredes *ſimpliciter, nunquam ſuperiùs expreſſos, & conſequenter extraneos, providè in aliorum defectum vocantibus.* pag.32.

ARTIC. XXIII.

*Quando in Feudis, vel Officiis nomen* heredis *comprehendat ſolos heredes Sanguinis, & quando extraneos.* pag.35.

ARTIC. XXIV.

*Verba* heredes, & Succeſſores, *extenſivè & ampliativè poſita poſt*

*deſcendentes, complectuntur extraneos.* pag.36.

A R T I C. XXV.

*Improprium & inane demonſtratur objectum ex dictione* videlicet, *poſita inter nomina* heredum & Succeſſorum, *ac* primo-natorum, *quaſi ex his illi explicentur.* pag.36.

A R T I C. XXVI.

*Geminationem perpetuitatis, adjectæ præſertim rebus, ſeu realis, ſummopere extraneis favere.* pag.38.

A R T I C. XXVII.

*Ex demandata ſubrogatione alterius Portæ, ſi Flaminia deſtrueretur, cauſa oneroſa, & perpetuum jus extraneorum probantur.* pag.38.

A R T I C. XXVIII.

*Pars etiam executiva Juliani Brevis extraneos adjuvat.* pag.39.

C A P. V.

VEra & legitima datur interpretatio duobus Brevibus S. M. Gregorii XIII., & ex utroque Portam Flaminiam, & Præfecturam Murorum ad heredes, & Succeſſores quoſcunque extraneos tranſitorias eſſe probatur. *pag.*40.

A R T I C. I.

*Gregorius XIII. ſciens, approbans, & confirmans Breve Julii III., heredes, & Succeſſores ſimpliciter ibi vocatos, declaravit eſſe Succeſſores quoſcunque, ſive extraneos, in ſequelam illius a ſe nominatos, quos etiam de novo ad Portam Flaminiam vocavit.* pag.40.

A R T I C. II.

*De diſpoſitiva Brevis Gregoriani, cujus prima pars confirmat ſimpliciter Julianum, eidemque vel ad declarationem prodeſt, vel ſaltem nocere non poteſt; Altera verò pars, repetitis illius formulis, Succeſſores ibi nominatos accipit pro Succeſſoribus quibuſcunque, & his ad cautelam de novo Portam Flaminiam indulget.* pag.41.

A R T I C. III.

*De Confirmationibus in forma Communi, & in forma Specifica, quarum prima actui confirmato nihil addit, ſecunda novam inducit diſpoſitionem, cujus generis fuit præſens.* pag.43.

A R T I C. IV.

*Ponderantur plures formulæ Gregoriani Brevis pro totidem argumentis vocationis extraneorum.* pag.45.



Digitized by Google

A R T I C. V.

Heredibus, *aut* Succeſſoribus quibuſcunque *vocatis*, *ſemper extranei veniunt*, *etiam in materia differente*, *& reſiſtente Jure*, *multoque magis Jure aſſiſtente*, *etſi verba* heredibus, & Succeſſoribus *ſtent neceſſariò ſubſtantivè*, *ut in hac ſpecie*. pag.47.

A R T I C. VI.

*Tria ſolvuntur objecta quoad Breve Gregorianum excitata*, *quòd ſcilicet agat de Porta*, *& non de Præfectura*; *Quòd pro* heredibus, & Succeſſoribus quibuſcunque *intellexerit deſcendentes ex fæminis*, *& tranſverſales*; *& quòd per errorem dicta particula adjecta fuerit*. pag.49.

A R T I C. VII.

*De admiſſione extraneorum in ingreſſu cum ſucceſſivo ordine primogeniali in progreſſu*, *& de particula* quoad vixerit, *non impediente perpetuam extraneorum Succeſſionem*. pag.52.

A R T I C. VIII.

*Efficaciſſima Conceſſio*, *vim habens jurati & ſtipulati Contractus*. pagin.56.

A R T I C. IX.

*Conceſſiones vim contractus habentes revocari a Principe nequeunt*, *niſi fortè ex publica utilitate*, *& refuſo aquivalente*. pag.56.

A R T I C. X.

*Clauſula* ſublata &c. *adimit Judici poteſtatem judicandi per interpretationes*, *& declarationes*, *ipſumque literæ adſtringit*, *quæ in caſu noſtro clara eſt pro extraneis*. pag.58.

A R T I C. XI.

*De ſecundo Brevi Gregorii XIII.*, *Juliani confirmatorio*; *& quàm malè arguatur*, *ex omiſſa dictione* quibuſcunque, *eam per errorem fuiſſe appoſitam in ſuo primo Brevi*. pag.58.

C A P. VI.

IN quo agitur de Obſervantia a ſubſecutis poſt Conceſſionem Julii III., & duo Brevia Gregorii XIII., ac poſt mortem Alexandri de Creſcentiis primi Conceſſionarii, uſque ad obitum, & Teſtamentum b. m. Fabritii Urſini junioris. *pag.60.*

A R T I C. I.

*Brevis hiſtorica geſtorum enarratio a morte Alexandri Creſcentii ſenioris uſque in præſens*, *ut patent*, *cuinam præſenſa*, *hinc a nobis*, *& ab Adverſariis indè*, *aſſiſtat Obſervantia*. pag.60.

A R-

Digitized by Google

ARTIC. II.

*Prima contraria Obſervantiæ probatio, quia Gregorius in tertio Brevi dicit ſe in duobus præcedentibus confirmaſſe, & approbaſſe Conceſſiones Pauli III., & Julii III., & quòd proinde in ſuo primo verba* Succeſſoribus quibuſcunque *per errorem appoſita fuerint; plenè confutatur, & retorquetur: Et notantur quædam dicti Brevis ex adverſo factæ mutilationes.* pag.63.

ARTIC. III.

*Non ſimplicem nominationem, ſed veram Portæ, & Præfecturæ alienationem ab Alexandro Creſcentio juniore fuiſſe factam.* pag.64.

ARTIC. IV.

*Ceſſio, & alienatio facta à Creſcentio, Apoſtolica Auctoritate confirmantur; & inde pro nobis Obſervantia validè corroboratur.* pag.65.

ARTIC. V.

*Coadjutoria indulta per ſecundum Breve Clementinum Coſmo & Franciſco Urſinis, eorumque privatam utilitatem pro cauſſa finali reſpiciens, & facta in ſequelam antiquarum Conceſſionum extraneos vocantium, pro his mirificè Obſervantiam confirmat.* pag.66.

ARTIC. VI.

*Coſmi, & Franciſci de Urſinis, ſi Aldobrandinus frater decederet ſine liberis, poſſibilis conſiderata privatio, quæ habitum ſupponit, perpetuam extraneorum declarat præcedere vocationem, & non Portæ & Præfecturæ malè ex oppoſito imaginatam vacationem.* pag.68.

ARTIC. VII.

*Confirmantur proximè dicta, & alia urgentiſſima pro Obſervantia noſtra progreſſu conſiderantur.* pag.70.

ARTIC. VIII.

*Conceſſio, & reſpectivè Acceptatio Coadjutoriarum non induxerunt Portæ, & Præfecturæ Vitalitiam qualitatem, ſtantibus expreſſa jurium præſervatione, & defectu eorum renunciationis, undè nulla contraria induci potuit Obſervantia, cui ulterius obſtiterunt pupillaris ætas Acceptantium, ac defectus præſentis juris, aut in ſpe proxima.* pag.72.

ARTIC. IX.

*Diſpoſitiva ſecundi Brevis Clementini, uti pendens ab antiquis Conceſſionibus, earumque præſervativa, & tanquam approbativa alienationis, & pretii, certum ſupponit jus perpetuum extraneorum, vel dubium declarat cum novo titulo, & Obſervantia.* pag.74.



Digitized by Google

ARTIC. X.

*Quum dixit Clemens VIII., ſe antiquas Conceſſiones ad Vitas Coſmi, & Franciſci* extendere, & ampliare, *hoc facere intellexit mutando ordinem ſuccedendi in illis datum, non autem quòd ſuppoſuerit eaſdem non durare, quarum perſeverantiam ſibi cognitam certis ſignis indicavit.* pag.76.

ARTIC. XI.

*De inſtrumento Conſenſus, quem duplici Coadjutoriæ præſtitit Aldobrandinus Urſinus, duplici adjecta conditione, quæ agens, ſuum jus liberum diſponendi, ac durationem Conceſſionis Julii III. declaravit, & Obſervantiam noſtram continuavit.* pag.79.

ARTIC. XII.

*Ex Inſtrumento adeptæ poſſeſſionis per Coſmum & Franciſcum de Urſinis jus liberum Aldobrandini, & Obſervantia confirmantur.* pag.80.

ARTIC. XIII.

*Exponitur Breve Gregorii XV., & ex eo noſtram corroborari Obſervantiam, nullamque fomentum contrariam accipere, multis probatur.* pag.81.

ARTIC. XIV.

*Ultima Coadjutoria, indulta ab Innocentio X. Fabritio juniori Auctori noſtro, & poſtea Vincentio Fratribus de Urſinis, ſive emanaverit de conſenſu Coſmi, & cum ratibabitione dicti Fabritii, ſive non, ſemper jus ex antiquis Conceſſionibus intactum reliquit, vel confirmavit.* pag.83.

ARTIC. XV.

*Conſolidato jure perpetuo ac libero in Fabritio juniore, hic diſponendo ad ſimilitudinem antiquarum Conceſſionum, Obſervantiam extraneis faventem continuavit, atque perfecit.* pag.84. & 85.

ARTIC. XVI.

*Obſervantia centum & viginti ſeptem annorum Succeſſioni perpetuæ extraneorum ultimum, & maximum ſuppeditat Fundamentum.* pagin.85.

ARTIC. XVII.

*Jus perpetuum extraneorum, uti certum & clarum, ſibi conformi Obſervantia non eget, neque, (ſi adeſſet) contraria tollitur.* pag.87.

ARTIC. XVIII.

*Præjudicium, quod ex Supplicatione Coſmi de Urſinis pro obtinenda Coadjutoria Filiis, & ex Fabritii Acceptatione obveniſſe Succeſſioni ex antiquis Conceſſionibus aſſertum fuit, erroneum eſt in facti ſuppoſitis,*

Digitized by Google

*tis, & minùs verum in conſequentis Juris, quæ omnes perpetuæ extraneorum admiſſioni favorabiles oſtenduntur.* pag.87.

A R T I C. XIX.

*Etiam in ultimis Conceſſionibus Vitalitiis Gregorii XV., & Innocentii X. præſervata fuerunt antiqua perpetua Julii III., & Gregorii XIII., quibus nec fuiſſet præjudicatum, etiamſi deeſſent dicta expreſſè præſervativa, niſi illa fuiſſent mente & verbis per dictas poſteriores revocata, & niſi mente ac verbis illis fuiſſet renunciatum: ſtante potiſſimùm ampliſſima clauſula derogatoria in Brevi Gregorii XIII. quibuſcunque futuris revocationibus, cujus vis maxima expenditur.* pag.90.

A R T I C. XX.

*Reiteratum Objectum de ſimplici nominatione Aldobrandini Urſini in his ultimis Brevibus præſervata, iterum reprobatur, & retorquetur ex rationibus aliàs dictis, & ex quo Alexander Creſcentius junior expreſſit in inſtrumento, ſe diſponere in Aldobrandinum, quod valde differt, & longè plus eſt, quàm ſimpliciter nominare.* pag.92.

A R T I C. XXI.

*Proponitur, & ſolvitur vaniſſimum quoddam contrarium Trilemma.* pagin.94.

A R T I C. XXII.

*Prima contrarii Trilemmatis pars, ſupponens modernas Conceſſiones antiquis contrarias, ſpecialiter reprobatur per interlinearem commentationem.* pag.95.

A R T I C. XXIII.

*Similis fit gloſſula interlinearis ſecundæ Trilemmatis parti, ſupponenti antiquarum & modernarum Conceſſionum compatibilitatem, cum plena contrariæ illationis rejectione.* pag 96.

A R T I C. XXIV.

*Pars tertia oppoſiti Trillematis, quæ ſupponit antiquas Conceſſiones obſcuras & dubias, & ab obſervantia declarabiles, erronea in omnibus ſuppoſitis demoſtratur, quia illæ clariſſimæ ſunt, nulla adeſt contraria obſervantia, & ſi adeſſet nihil in claris faceret, & quia pluſquam centenaria pro nobis militat.* pag.99.

C A P. VII.

IN quo probatur non obſtare Conſtitutiones Apoſtolicas Pii IV., Sixti V., Urbani VIII., & Innocentii X., quæ Conceſſiones rerum Eccleſiæ & Officiorum revocant: Et oſtenditur prætenſionem Rev. Cameræ Apoſtolicæ, tam ſuper aſſerta devolutione, quàm ſuper primævo jure, nul-

Digitized by Google

nullam penitus ſubſiſtentiam habere. *pag.*102.

A R T I C. I.

*Conceſſionibus noſtris non obſtare Bullam Pii IV. revocatoriam lucrativarum Conceſſionum, tanquam uſu non receptam, & abrogatam expreſsè aut tacitè per Conſtitutiones Poſteriorum Pontificum, aliiſque de cauſis ſpecialiter caſum noſtrum tangentibus.* pag.102.

A R T I C. II.

*Bullam Sixtinam fuiſſe exadverſo in Subſtantialibus alteratam, & inſenſum contrarium converſam; non agere de rebus ad Capitolium ſpectantibus, eidemque a Clemente VIII. in Brevibus Conceſſionum noſtrarum confirmatoriis fuiſſe explicitè derogatum.* pag.104.

A R T I C. III.

*De Conſtitutionibus Urbani VIII., & Innocentii X. non attendendis, uti loquentibus de Officiis S. Sedis, & non Capitolinis, & maximè quum Porta Flamminia non ſit Officium.* pag.105.

A R T I C. IV.

*Verſari nos in caſu exceptionum dictæ Urbanæ Conſtitutionis ob titulum oneroſum, ſeu remuneratorium, & obſervantiam, quam ipſe Innoc. X. dictæ Conſtitutionis confirmator approbavit, Coadjutorias indulgendo, ac tacitè declarando, vel dictas, vel alias rationabiles adeſſe cauſas.* pag.107.

C A P. VIII.

IN quo agitur de duplici reſolutione Illuſtriſſimæ Congregationis a Sa. Mem. Clem. XI. deputatæ, & de Sententia contra nos lata; plenè demonſtrando plures ejuſdem inſanabiles nullitates. *pag.*108.

A R T I C. I.

*Narratur eventus Cauſæ per contrariam Sententiam, cujus evidens eſt injuſtitia, & clariſſimæ ſunt nullitates, quas nobis licet allegare etiam poſt annum, ob plures hic adductas cauſas, ex quibus ceſſat Statutum Urbis* lib. 1. capit. 191. pag.108.

A R T I C. II.

*De prima nullitate ex defectu Citationis Abſentium, & mandati in malè citatis non veris Procuratoribus, ac etiam ex defectu juriſdictionis, ob violatam clauſulam* ſublata &c. *per figuratas interpretationes; undè etiam attentata.* pag.110.

A R T I C. III.

*De omiſſa a Santiſſimo declaratione Articuli præjudicialis a Congragatio-*

*tione ſibi remiſſa, ſine qua clara eſt Sententia Nullitas, tanquam perplexa, obſcura, conditionalis, & omnino incerta.* pag.112.

### ARTIC. IV.

*Alia Nullitas, ob malè citatum pro Fratribus, eorumque Filiis abſentibus Annibalem Rillium, qui prælativam Succeſſionem utì major contra illos prætendit, & quorum non potuit eſſe Adverſarius ſimul & Defenſor; Et alia ſolemnior ex defectu Juriſdictionis, ob malè pronunciatam Sententiam contra dictos Abſentes in Commiſſione Papæ non comprebenſos.* pag.113.

### ARTIC. V.

*De cauſis, ex quibus nulliter, & injurioſè proceſſum & judicatum fuit, citando Abſentes per Edictum, & ad Confines.* pag.114.

### ARTIC. VI.

*Congregatio votum ſuum injuſtiſſimum contra jus noſtrum in prima Reſolutione jam propalaverat, & ideo ſummè iniquum, & irritum fuit nos abſentes, & ignorantes, aut invitos iiſdem ſuſpectiſſimis Judicibus in nova clandeſtina Commiſſione ſubiicere.* pag.115.

### ARTIC. VII.

*De ultimis ſolemniſſimis, & omnium maximis Nullitatibus ex defectu Juriſdictionis, & Citationis ad ſententiam, quæ lata fuit poſt diem illius cadentis, & jam inceptis generalibus Feriis, quod veriſſimum factum certis & innegabilibus probatur demonſtrationibus.* pag.116.

DE

Digitized by Google

# DE PERPETUARIIS,

## Sive

### DE PERPETUIS SUPREMORUM PRINCIPUM CONCESSIONIBUS.

## C A P. I.

### Qui ſint Perpetuarii, & eorum jus quale.

PERPETUARII, latè ſumpto vocabulo, omnes illi ſunt, qui jure aliquo perpetuo gaudent, vel habentes jus cujuſcunque generis perpetuò duraturum. Specialiter verò Perpetuarii ſunt illi, quibus a Principe Supremo res aliqua in perpetuum conceſſa fuit, vel in Emphyteuſim, vel in Feudum, vel in ſimplicem Locationem; cum annuo canone, aut penſione, aut ſine tali onere & gratis; cum ſolo jure percipiendorum fructuum, aut cum dominio, aut quaſi dominio: ſemper tamen cum plena facultate transferendi, aut propria natura traſeundi ad heredes, & ſucceſſores, tam univerſales, quàm particulares, etiam extraneos. Hinc intelligimus, quod attinet ad jus Emphyteuticum & Feuda, illa quæ vocantur hereditaria Perpetuarios facere eorum poſſeſſores, nullamque remanere, niſi ſolius nominis, differentiam, ut patet ex *l.*1. *C. de officio Comit. Sac. Palat. l. Viam veritatis C. de locat.* ubi, quòd eſt jus ad heredes tranſitorium: Quod etiam clariùs diſponitur in *l.*1. 3. *& fin. C. de location. prædior. Civil. ſive Fiſcal. ſive Templor. ſive rei privatæ, vel dominicæ. lib.* 11., & ex his Juribus tradunt *Connan. Commentar. Jur. lib.* 7. *cap.*12. *num.*2. *Cujac. in Explicatione dd. ll. Hotoman. Verbor. Jur. in V. Perpetuarium jus. Calvin. in Lexic. in V. Perpetuarii. Alberic. a Roſate in eod. verbo. Larrea deciſ. Granat.*71. *n.*11.

Illud etiam de jure certum eſt, Perpetuarios res a Principe obtinentes, ab omni aliorum acquiſi-



Digitized by Google

tione ſecuros eſſe, gravi ſtatuta pœna pecuniaria librarum biſcentum auri in Adminiſtratores rerum Fiſcalium, aut Principis, qui rem primitus conceſſam, ab ipſis Perpetuariis, vel eorum heredibus, donatariis, aut aliis quibuſcunque ſucceſſoribus extraxerint, & reſcriptum ejuſdemmet Principis in alios tranſlativum executioni mandaverint, prout hæc omnia perbellè diſponuntur in ampliſſima Conſtitutione Imperatorum *Theodoſii* & *Valentiniani*, quæ extat in *d. l. fin. C. de locat. prædior. Civil. &c. lib.* 11. In quo etiam exemplari Textu mandatur, quòd ſi per liberalitatem Imperatoriam annua penſio Perpetuario remiſſa fuerit, hic potiore dominii jure res conceſſas obtineat, eademque perpetua, & liberaliter aucta gaudeat firmitate. Sed ad majorem materiæ perſpicuitatem, & ornatum, ipſa ad literam pulcherrima dictorum Imperatorum verba afferamus, quæ talia ſunt -- *Prædia domus noſtræ, ſi ſemel jure perpetuo, vel noſtra præceptione, vel auctoritate Illuſtris viri Comitis Ærarii privati, apud aliquem fuerint, vel jamdudum ſint collocata, ad alium transferre Perpetuarium non oportet. Apertè enim definimus hoc Edicto, ut a Perpetuario nunquam poſſeſſio transferatur, etiamſi alteri eam Imperator, vel exoratus, vel ſponte donaverit, ſive adnotatione, ſive pragmatica: Cui ſi fortè contra Perpetuarium Vir Illuſtris Comes privatarum rerum, dum allegabitur, acquieſcat, & de proprio ipſe centum libras auri, & alias centum Fiſci juribus Palatinum inferre cogetur Officium, nec tamen poſt allegationem habebit hujuſmodi juſſio firmitatem, ſed nec locabitur alteri, licèt ingenti ſuperari videatur augmento poſſeſſio. Jure igitur perpetuo publici contractus firmitate Perpetuarius ſecurus ſit; & intelligat, neque a ſe, neque a poſteris, vel his, ad quos ea res, vel ſucceſſione, vel donatione, ſive venditione, vel quolibet titulo pervenerit, eſſe retrahendam. Sanè quia non ex omni parte excludenda eſt largitas Principalis, rem Divinæ Domus ſuæ Imperator, ſi velit, donabit ei, qui eam poſſidet jure perpetuo, ſive ipſe jam meruerit, ſive cujuſlibet tituli jure ſucceſſerit; videtur enim ſuam concedere penſionem, non alteri nocere liberalitas, quæ poſſidentem jure proprio dominum vult vocari.* Ex hac itaque Imperatoria Conſtitutione, plana, efficax, & luculenta manat interpretatio Apoſtolicarum Conceſſionum Portæ Flaminiæ, & Præfecturæ Murorum, & antiquorum Ædificiorum Urbis Romæ; ut nempe tanquam expreſsè continentes jus perpetuum, Perpetuarios proinde fecerint Acquirentes, eaſdemque Portam & Præfecturam ad quoſcunque ſucceſſores tranſitorias, juxta *gloſſ. in dicta l. fin. lit. Q.*, nobiſque heredibus Fabritii Urſini ultimi illarum poſſeſſoris, intentionem optimè fundaverint in Juris communis diſpoſitione.

CAP.

Digitized by Google

# C A P. I I.

## De Feudis, vel Officiis, ad Heredes & Succeſſores extraneos tranſeuntibus ex Statuto Urbis.

### ARTICULUS I.

*Explicatur prima pars Statuti Urbis* cap.125. lib.1., *quatenus de Feudis, vel Officiis promiſcuè agit, & aequaliter de utriſque diſponit.*

VErba Statuti Urbis *d. cap.*125. ſequentia ſunt -- *In Feudis, ſeu Officiis, quae alicui conceſſa ſunt, ratione alicujus exercitii, vel profeſſionis, non ſuccedant haeredes extranei; filii autem ita demum, ſi ſunt ejuſdem exercitii, & profeſſionis. Et ſi tempore delatae ſucceſſionis filii ejuſdem exercitii, & profeſſionis non fuerint, & aliquo tempore de exercitio & profeſſione efficiantur, Feudum ab eo tempore, quo habiles fuerint, ad eos pertineat. Alia verò Feuda, quae non ratione officii, ſeu profeſſionis conceduntur, ad filios tam maſculos, quàm foeminas, & ad extraneos quoque heredes tranſeant & durent, nulla etiam inveſtitura praeſtita, aut petita. Teneantur tamen heredes ad ea praeſtanda, ad quae defunctus tenebatur.* Conſtat igitur ex prima parte hujus Statuti, Feuda & Officia pro ſinonymis haberi, non ſolum quia dictio illa *ſeu* -- ibi -- *In Feudis, ſeu Officiis* -- unum inducit explicativè, & aequiparativè ad aliud: *Barboſ. dict.*363. *num.*5. *&* 7. *Rota dec.*436. *num.*5. *part.*19. *tom.*2. *rec.*, & praecisè de verbis hujus Statuti *Fenzon. ſuper d. cap.*125. *n.*6. *&* 7. Sed etiam quia de Jure communi, Feudorum, & Officiorum idem eſt judicium, ſive in Feudum, ſive in Allodium concedantur. *Barboſ. loco argum. comm.*47. *n.*4. *De Ponte conſ.* 16. *num.*5. *tom.*1. *Salgad. in Labyr. Cred. part.*2. *cap.*27. *num.*54. *Antunez Portugal. de Donat. Reg. lib.*2. *cap.*7. *num.*57. Maximè verò quia ipſa Statuti Verba id clarè oſtendunt, dum poſt vocationem filiorum ad Feuda promiſcuè, vel Officia, ſi fuerint ejuſdem exercitii & profeſſionis, conſideratur caſus, quo filii tempore delatae ſucceſſionis non eſſent ejuſdem exercitii aut profeſſionis, & tales poſtea evaderent, & tunc diſponitur, quòd *Feudum ab eo tempore, quo habiles fuerint, ad eos pertineat*, ſingulariter nominando *Feudum*, ut intelligatur, in mente Statuti idem omnino eſſe Feudum & Officium; itaut ambobus a principio nominatis, eodemque retento themate, unius tantùm expreſſio, nimirum Feudi ſufficiat, & dictum de uno cenſeatur etiam dictum de alio. Hoc poſito, non eſt dubitandum, quòd quemadmodum in hac prima Statuti parte certiſſimè venit Officium appellatione Feudi, ita etiam veniat in ſecunda, de qua proximè agetur *ſeq.*



Digitized by Google

*Artic.*, & conſequenter, quòd nedum Porta Flaminia, quæ propriè Feudum eſt, & ratione annexæ cuſtodiæ dici poteſt Officium, ſed etiam Præfectura, quæ ſimpliciter eſt Officium, uti manifeſtè continetur in dicta prima Statuti parte, ita & in ſecunda, admittente hęredes extraneos, contineatur: Attento potiſſimùm, quòd eadem Præfectura deſcribitur in quodam Libello, Romæ edito de anno 1604. *pag.* 16., in quo omnia notata Officia ſubeſſe cenſuræ hujus Statuti declarat *Fenzon. n.*4. *& ſeqq.*

## ARTIC. II.

*De prima parte ejuſdem Statuti, reſpiciente Feuda & Officia, quæ dantur ratione exercitii, aut profeſſionis.*

Aſſumpto ſpeciali examine utriuſque partis dicti Statuti, agendum hìc de prima, & oſtendendum, in ea non comprehendi Portam & Præfecturam. Certum quippe eſt, quòd qualitas exercitii, & profeſſionis non eſt intelligenda de quacunque annexione titulari, ſeu onere aliquid agendi, vel pręſtandi occaſione Feudi, vel Officii, ſed de exercitio, & profeſſione, ſtudio, & tempore acquiſibilibus, & prædictis Portæ & Præfecturæ non convenientibus. Nec plurimæ deſunt rationes, inter quas præcipuæ ſunt.

Primò, quòd proprietas verborum *exercitii & profeſſionis*, in uſu Latini ſermonis reſpicit tantùm laborioſa, & multam diuturnamque induſtriam requirentia, ut ex pluribus conſtat locis *Ciceronis*, *Terentii*, *Plinii*, & *Svetonii*, quos hìc affert hujus Operis Auctor; & præciſè etiam arguitur a ſequentibus verbis ipſius primæ partis hujus Statuti, nimirum -- *& ſi tempore delatæ ſucceſſionis filii ejuſdem exercitii, & profeſſionis non fuerint, & aliquo tempore de exercitio, & profeſſione efficiantur, Feudum ab eo tempore, quo habiles fuerint, ad eos pertineat* -- ex quibus clarè deſignantur exercitia, & profeſſiones, quæ ſpecialem habilitatem, labore, induſtria, ac tempore acquirendam exigunt.

Secundò, quòd hæc prima Statuti pars declaratur a ſecunda, quæ Feuda ad hęredes tranſitoria ſtatuens, onus adnectit ea tantùm præſtandi, ad quæ defunctus tenebatur, quæve nullam requirunt induſtriam perſonæ ſpecialem, ſed ſolam communem hominum habilitatem, ut ſonat verbum illud Statuti *præſtare*, quod ſignificat *facere*, *efficere*, *implere*, *cavere*, *providere*, *Nizzol. in Obſervat. ad Ciceronem in dicto V. præſtare. Calepin. in eod. verbo*, & ex noſtris *Gratian. diſcept. for. cap.*546. *num.*27., quorum omnium quicunque homines ſanæ mentis capaces ſunt.

Tertiò, quòd onera cuſtodiæ, ac retentionis clavium in Porta, nec non curæ de Muris, & publicis Urbis Ædificiis in Præfectura, has non ſubiiciunt primæ parti hujus Statuti; quia non ſola Portæ cuſtodia,

ſed

Digitized by Google

ſed ipſa Porta pleno jure conceſſa fuit per Brevia Pontificia, & per conſequens tanquam annexa venit cuſtodia, cui ſoli non conveniunt conceſſionum verba *regere*, *& gubernare*, quæ ad res etiam proprias referuntur; & datur exemplum Conceſſionis Caſtri cum pedagiis, & prædiis, in qua nemo dixerit habitam fuiſſe *exercitii* rationem, & quòd Conceſſionarius teneatur ipſe pedagia perſonaliter exigere, & terram colere.

Quartò, quòd etiam in caſu diverſo ſolius conceſſæ cuſtodiæ, improprium eſt attentare, occaſione viliſſimi exercitii pedagia exigendi fuiſſe factas Conceſſiones viris Patriciis primi ordinis, ut fuit Alexander de Creſcentiis germanus Frater Cardinalis Marcelli, ſummi Viri, & in Concilio Tridentino prò S. Sede unici Legati & Præſidis; & ſunt DD. de Carpineis, quibus (ut ſuo loco dicetur) ſola Cuſtodia Portæ Angelicæ a S. M. Clem. X. conceſſa fuit. Præfertim verò quia proventus Portarum, nedum a dominis, ſed etiam a ſolam cuſtodiam habentibus locari conſueverunt, vel per alios exerceri, quod Nobilibus non eſt inconveniens. *Alciat. de Præſumpt. reg.* 1. *præſ.* 48. *numer.* 10. *Rota dec.* 213. *num.* 11. *&* 12. *part.* 13. *recent.*

Quintò, quòd tam Porta Flaminia, quàm Præfectura Murorum &c. ab infantibus etiam poſſideri poſſunt, & per alios gubernari, de quo alio loco latiùs agetur.

Sextò, quòd conſuevere ſimilia Officia etiam ad Eccleſias, & Loca Pia tranſire, multis in hoc exiſtentibus exemplis, & etiam ad mulieres, ut aliquando admiſſum fuit à *Rota* in Officio judicaturæ Curiæ de Sabellis, non obſtante incapacitate ſexus, de quibus pariter opportunior erit inferiùs agendi locus.

Septimo, quòd ex dictis conſtans habetur obſervantia, quæ in individuo Portarum modernis corroboratur exemplis; quum Pinciana ad fœminam, Salaria, S. Joannis, Fabrienſis, & Pia ad manus mortuas, hoc eſt S. Domum Lauretanam, Capitula S. Joannis Laterani, & S. Petri, & Monaſterium S. Petri in Vinculis tranſitum fecerint, & ab ipſis tanquam res allodiales poſſideantur, quæ exempla pleniùs infra adducentur.

Octavò demum, quòd in pluribus Statuti ejuſdem locis enumerantur omnia Officia, annexum exercitium habentia, & nullibi deſcribuntur Præfectus Murorum, aliique ſimiles Officiales, multoque minùs Portarum Domini, aut Cuſtodes; itaut tam ex hoc, quàm ex aliis ſupra adductis validiſſimis argumentis clarum remaneat, hujuſmodi Officia non eſſe de illis, habentibus annexum exercitium aut profeſſionem, & ad extraneos non tranſeuntibus, ſed potiùs ac verè de aliis, in quibus, ſucceſſoribus quibuſcunque aditus patet, & de quibus agitur in ſecunda parte Statuti hujus, in proximo Articulo examinanda.

AR-

Digitized by Google

## . A R T I C. III.

*Exponitur altera Statuti pars, tranſitoria faciens ad extraneos Feuda & Officia, exercitii & profeſſionis expertia.*

Agendum modò eſt de ſecunda parte ejuſdem Statuti, incluſiva heredum & ſucceſſorum extraneorum in Feudis, vel Officiis non habentibus annexum exercitium, aut profeſſionem, per illa verba -- *Alia verò Feuda, quæ non ratione officii, ſeu profeſſionis conceduntur, ad filios tam maſculos, quàm fæminas, & ad heredes quoque extraneos tranſeant, & durent &c.* -- Et talia eſſe illa, de quibus agitur, in ſuperiore Articulo probatum fuit. Ab hac autem ſecunda Statuti parte non eſſe recedendum, utique certum eſt, niſi tenor inveſtituræ, ſeu conceſſionis ſit clarus, & apertè Statuto contrarius, aut aliqua interpretatione inconciliabilis, in quibus caſibus loquuntur omnes Auctoritates, a contrariis Defenſoribus allegatæ. Si autem Conceſſiones ad Statutum ſe habeant indifferenter, ejuſdemque diſpoſitioni non repugnent, optimam ab illo recipiunt extenſivam interpretationem, ut in fortioribus terminis *Rota dec.621. num.8. part.19. tom.2. recent.* ubi quòd ſuccedunt extranei ex Statuto, licèt deficiente aliquo fine filiis devolutio conventa fuerit; & in puncto hujuſmet Statuti *Fenzon. n.19. lit. H.* Ita etiam ſi vocentur deſcendentes, vel agnati, vel perſonæ nominandæ, abſque ullis dictionibus taxativis, utique illis defectis, quibus per ſpecialem expreſſionem prælatio conceſſa dicitur, res ad ſuam naturam revertitur, & ſuccedunt extranei a Statuto vocati, ut aliis allegatis *Torr. de Majorat. part.2. quæſt.57. num.65. pag.*400. Quod etiam demonſtratur exemplis, vel Jurispatronatus, quod certis perſonis reſervatum his deficientibus tranſit ad extraneos juxta naturam ſuam, ad celebre *conſ. Anchar.*81.; vel Donationis, quæ finitis deſcendentibus ſpecialiter vocatis, ad heredes ultimi liberè ſpectat: vel etiam Feudorum, & Emphyteuſis ex pacto & providentia, in quibus ſi lex ſcripta, vel non ſcripta tranſitum in extraneos per alienationem permittat, tenor inveſtituræ ad certum perſonarum genus reſtrictæ non attenditur, ut plenè inferiùs demonſtrabitur *cap.*4. Quare quum in Conceſſionibus noſtris nulla adſit repugnantia cum dicto Statuto, immo adſit nedum conciliabilis diſpoſitio, ſed etiam perfecta conformitas per literalem extraneorum vocationem, ut ſuo loco oſtendetur, maximam conſtat vim interpretativam a dicto Statuto capiendam eſſe. Rejectis oppoſitionibus, tam Clauſulæ derogatoriæ contrariis Statutis, exiſtentis in Brevibus; quàm Chyrographorum recentiorum Pontificum, vetantium prorogationes Officiorum vacantium: Quia prima derogat contrariis, & non conformibus, & utì appoſita fa-

vo-

Digitized by Google

vore Conceſſionarii, non eſt in ejus odium detorquenda: In Chyrographis verò ſupponitur vacatio, quæ in hypotheſi non datur durantibus Conceſſionibus, extraneos quoque admittentibus.

# C A P. III.

## De Conceſſionibus ad extraneos tranſitoriis, tanquam meritorum remuneratoriis.

### A R T I C. I.

*De inſignibus benemeritis claræ Mem. Cardinalis Marcelli Creſcentii.*

FUIT hic Vir ſummus in minoribus Rotæ Romanæ celeberrimus Auditor, poſtea verò Sacra donatus Purpura, propter eximiam virtutem, & in maximis agendis rebus peritiam, poſt Signaturæ Præfecturam, perpetuus Bononiæ, & Ravennæ Legatus a latere, & ſubinde tranſlato Bononia Tridentum generali Concilio, huic ſolus pro S. Sede Legatus præfuit: Cui Summus Pontifex Julius III. Epiſcopum miſit Nuncium honoris cauſa, ut ipſi ſignificaret ſpecialem ſuæ Sanctitatis Commendationem, faciendam ab ea omnibus a ſe creatis Cardinalibus (raro quidem exemplo) ut ipſum Creſcentium, ſe vivente ſumma obſervantia proſequerentur, eumque poſt mortem ſuam in Summo Apoſtolatus apice collocarent: Et qui demum gravi ægritudine oppreſſus, & magis Hæreticorum perſecutione actus Tridento diſcedens, multa in itinere paſſus, Veronam conceſſit, ibique poſt triduum obiit, magnumque bonis omnibus ſui deſiderium reliquit. Hæc omnia ex probatiſſimis Hiſtoricis aſſeruntur & confirmantur, & præcipuè *Card. Pallavicino in Hiſtoria Concil. Trident. lib.*5. *n.*6. *& lib.*13. *num.*9. *&* 30. *Ciaccon. in ejus Vita.* Hinc maxima probantur benemerita tanti Viri, & eorum cauſa factam fuiſſe Conceſſionem Portæ Flaminiæ, & Præfecturæ Murorum Alexandro Creſcentio ejus germano fratri, cujus contemplata merita in Brevi Pontificio ea fuerunt, quæ hereditario jure a fratre Cardinali acquiſivit. *Bald. conſ.*355. *num.*5. *in fin. Barboſ. in cap. ſanè* 9. *num.*8. *de privileg. Cutell. dec. Sicul. orat.*1. *num.*169. & in puncto laborum pro Eccleſia Romana *Menoch. præſumpt.* 103. *num.*12. *&* 13. *lib.*3. Nec non etiam propria, & Domus Creſcentiæ, magnam ſanè pro tam ſolemni expeditione rei familiaris jacturam paſſæ, & benignè a Summo Pontifice per dictam Conceſſionem reintegratæ.

A R-

## A R T I C. II.

*Conceſſiones remuneratarias tranſire ad heredes, etiamſi merita expreſſa non ſint, neque conceſſioni æquivalentia.*

PRobatis in proximo Articulo maximis benemeritis, tam hereditariis, quàm propriis Conceſſionarii, *tertium* inde ſumitur *Fundamentum* pro tranſitu Portæ & Præfecturæ ad extraneos, quarum Conceſſiones, tanquam remuneratoriæ, & ex cauſa oneroſa, fuerunt irrevocabiles, & perpetuæ donationis privilegia ſortitæ ſunt, neque haberi debent Feudorum jure, aut alterius ſimilis contractus, devolutionem inducentis: Merita enim ſtant loco pretii, faciuntque contractum correſpectivum, & ad extraneos quoſlibet tranſitorium. *Tiraquell. in l. ſi unquam V. donatione largitus n.*50. *& 76. Mantic. de Tacit. & Ambig. lib.*13. *tit.*10. *num.*10. *Menoch. de Arbitrar. caſ.*88. *num.*53. *Rot. dec.*67. *n.*11. *&* 12. *cor. S. M. Alexand. III. & in Senogallien. Legatorum* 28. *Junii* 1702. *§. fin. coram Card. della Tremoille*. Quod eo magis procedit, ſi Conceſſio a Supremo Principe facta fuerit. *Jaſon. conſ.*89. *numer.*20. *lib.*3. *Menoch. de Præſumpt. lib.*3. *præſumpt.*103. *num.* 15. Nihil obſtante objecto de facienda expreſſione meritorum, & quòd hæc æquipollere debeant rei conceſſæ: Reſpondetur enim primæ parti, quòd talis expreſſio neceſſaria non eſt, ſi verè præcedant merita; & quòd eadem expreſſio ſufficienter in Brevibus facta fuit. Secundæ verò parti duæ pariter dantur reſponſiones, quòd nimirum adfuit meritorum æquipollentia, tam in memorata patrimonii jactura, maximiſque impenſis in illa ſuprema Legatione Card. Marcelli Creſcentii; quàm in ægeſtate Viatici, per eum paſſa, ob Hæreticorum perſecutionem, præcocique, ut creditur, morte, quibus nullum eſt æquivalens pretium; lentoque, ut aſſolet, ſtipendiorum curſu. Quæ omnia per Conceſſiones, de quibus agitur, a Julio III. compenſata fuerunt: Et quòd in omnem caſum oppoſita æquipollentia meritorum requiritur in privatis, & non in Supremo Principe *Rot. dec.*354. *num.*135. *& ſeqq. part.*11. *& deciſ.*28. *num.*13. *&* 14. *part.*12. *recent. & deciſ.*606. *n.*6. *& ſeqq. coram Bichio*, a cujus tantùm magnitudine metienda eſt remuneratio Perſonæ benemeritę, dignitate conſpicuæ, & ampliſſimo graviſſimoque pro Catholica Fide tuenda munere functæ, & cui Summus Pontifex Julius III. perhonorificam Epiſcopi miſit Legationem, ad ſolamen tanti Viri, & ad exhibendam ipſi, eidemque præparandam ab eodem Summo Pontifice ſucceſſionem in Summo Apoſtolatus apice; quibus ſanè nihil poteſt excelſius aut ſublimius excogitari.

Præterea ſcire illud oportet, in Conceſſionibus Magnorum Principum, merita non per arithmeticam, ſed per geometricam proportionem me-

Digitized by Google

metienda, & libranda eſſe; itaut ſi pro modico etiam Servitio multum detur, ſit nihilominus Conceſſio verè, & propriè onerosa, & juſtæ remunerationis privilegio gaudeat; eòque magis, quò major eſt Princeps, qui conceſſit, ut ex paulò ſupra allegatis patet. Applicatur hæc theſis hypotheſi, ob maximam dignitatem Romani Pontificis, tam ratione Supremi juris Spiritualis, quàm Summi etiam Romanorum Imperii temporalis, penes eum in locis Regniſque ſibi ſubjectis exiſtentis, ut probat ſpeciale ineditum Opus Auctoris.

# C A P  I V.

## Allodialitas, & tranſitus in extraneos Portæ Flaminiæ, & Præfecturæ Murorum latè demonſtratur, vigore Conceſſionum S. M. Julii III., quæ plenè expenduntur, & ab objectis vindicantur in hoc 3. Cap. in 28. Articulos diſtributo.

### A R T I C. I.

*Reſolvitur objectum aſſertæ Perſonalitatis, ex proœmio Julianæ Conceſſionis deſumptum.*

PRoœmium Brevi S. M. Julii III., directi Alexandro Creſcentio ſub *die* 4. *Decembris* 1553., hæc habet verba -- *Exigentibus meritis tuæ devotionis, quam ad nos, & Sedem Apoſtolicam gerere comprobaris, inducimur, ut te, tuoſque Poſteros Specialibus favoribus, & gratiis proſequamur* — Hujuſmodi autem favorabile nobis Proœmium, contra nos detorquere conati ſunt Adverſarii, dicentes, quòd hujus Pontificis Conceſſiones ſunt perſonales, & reſtringendæ ad Poſteros, ſeu deſcendentes, neque proinde ad extraneos tranſitoriæ; ſed incaſſum nimis, quia tali objecto ſequentes efficaciſſimæ dantur reſponſiones: Primò ſcilicet, quòd expreſſio meritorum directè repugnat perſonalitati, & ſua naturali vi tranſitum in extraneos præſefert, ut de ſimilibus Proœmii verbis dixit *Rot. dec.*748. *n.*42. *coram Dunoz. jun. & dec.*1047. *n.*3. *coram Emerix jun.*: Secundò, quòd curari non debet, quid ſit dictum in Proœmio, ſed quid concluſum in diſpoſitiva, cujus tantùm verba dubia declarari poſſunt a Proœmio, non autem clara favore extraneorum, ut in caſu noſtro, & explicatione non indigentia. *Rota dicta dec.*748. *num.*42. *coram Dunoz. jun. dec.*239. *num.*8. *part.*8. *recent. & in Camerinen. Bonorum* 13. *Maji* 1689. §. *Non obſtat, cor. Rondinino*: Tertiò, quòd ſi declaratione opus eſſet, apertiſſima ſumenda eſſet a Bre-

vi S. M. Gregorii XIII., cujus narrativa aſſerit Conceſſiones a Julio III. fuiſſe factas -- *ad tui, tuorumque natorum, heredum, & ſucceſſorum, tanquam de Sede Apoſtolica benemeritorum, commodum & honorem &c.* -- & conſequenter cum nulla reſtrictione; etiam in parte Proœmiali, ad deſcendentes Alexandri Creſcentii, immo cum expreſſa extenſione ad heredes, & ſucceſſores: Quartò nullam adeſſe repugnantiam, ut aliquæ nominentur perſonæ in una parte, & aliæ diverſæ in alia, & primis cenſeatur conceſſa prælatio in concurſu, quo ceſſante ſuccedant aliæ, ut ſuo loco oſtendetur: Quintò verba illa dicti Proœmii -- *inducimur, ut te, tuoſque poſteros ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequamur* -- ſecum potius ferre liberam facultatem diſponendi in ultimo poſterorum, & perpetuum in extraneos tranſitum, quia major eſt gratia, & *ſpecialis*, rem concedere cum tali libertate diſponendi, pluriſque valent res ita conceſſæ, quàm cum onere reverſionis, ſeu devolutionis ad Concedentem. *Rota dec.*705. *n.*3. *verſ. juncto cor. Merlin. & dec.*14. *n.*21. *&* 22. *part.*18. *rec.* Ac demum, maximum eſſe abſurdum a *ſpeciali favore*, augumentum denotante, inferre odium, & diminutionem, ſive inducere perſonalitatem, & libertatem excludere. *l. quod favore C. de legib.*

## ARTIC. II.

*Prima pars narrativa Juliani Brevis, & objectorum ſolutio.*

EXpleto Proœmio deſcendit Julius III. in dicto ſuo ultimo Brevi ad Narrativam, in cujus prima parte enunciantur alia duo precedentia, nimirum Pauli III. quoad Portam Flaminiam, & ipſiuſmet Julii quoad Præfecturam Murorum, ad vitam Octavii, & Alexandri de Creſcentiis conceſſas. Tres autem a Cameralibus quoad hanc primam Narrativæ partem objectiones proponebantur. Prima eſt de aſſerta Perſonalitate, ex originali reſtrictione ad vitam; & hæc diluitur, quia Julianum Breve in ſecunda ſui parte novam, & a præcedentibus independentem Conceſſionem continet, novaſque, ac diverſas perſonas comprehendit. Secunda eſt de ſimplici adminiſtratorio titulo originaliter conceſſo in Porta, quod verum quidem eſt in prædictis Conceſſionibus ad vitam; Secus in nova Pontificis Julii III., ubi plenum dominium conceditur. Tertia demum oppoſitio, ob narrationem ſequutæ vacationis, & prætenſam inde inapplicabilitatem Statuti Urbis *d. cap.*125. tranſitum in extraneos jubentis; reſolvitur animadvertendo, mentionem vacationis intelligendam eſſe de vacatione facti per mortem poſſeſſoris, exiſtente legitimo Succeſſore, vel a Statuto, vel a Conceſſionibus vocato, quum di-

dictum verbum vacationis abſolutè poſitum, non exprimat veram de jure vacationem, & ad illam facti referri poſſit. *Lotter. de Re Benefic. lib.* 3. *quaſt.*8. *num.*20. *Seraphin. deciſ.* 677. *num.*2. *&* 3., & quatenus intelligatur de vacatione juris, id ſanè verum erat quoad præteritas Conceſſiones merè perſonales, cum reſtrictione literali ad vitam, ex qua manabat clara derogatio Statuto Urbis, ut alibi pleniùs: Contra verò quoad novam Julii Conceſſionem, in ſecunda Brevis parte contentam, in qua nullæ adſunt reſtrictiones, immo verba ſunt apertiſſima pro perpetuo in extraneos quoſlibet tranſitu.

## A R T I C. III.

*De ſecunda parte narrativa Juliani Brevis, cum ampliore, & nova gratia.*

TAlia ſunt, & ita clara verba ſecundæ partis narrativæ memorati Juliani Brevis, ſecundi ejuſdem Chirographi enunciativa, ut dubitare non liceat, quòd in illa contineatur nova, & amplior gratia, a præcedentibus omnino diverſa, & independens. Eorum verò, quæ per amplas declarationes habentur tam in prima, quàm in ſecunda parte, ſumma eſt hæc. In prima parte refertur extenſio antiquarum Conceſſionum vitalitiarum ad omnes Deſcendentes Alexandri Creſcentii, cum ordine Primogenituræ maſculinæ, ac perpetuæ. In ſecunda verò parte additur facultas Alexandro, & ultimo ejus Deſcendentium maſculorum nominandi perſonam benè viſam, cum perpetua Conceſſione, & aſſignatione, & cum repetitione ordinis Primogenialis in filiis, & deſcendentibus maſculis Nominandi: Item conceditur *plenum jus*, ſeu dominium Alexandro, ejuſque deſcendentibus maſculis primogenitis, necnon *ſucceſſoribus poſterorum, ſeu Nominandi*; & in caſum defectus deſcendentium, vel non factæ nominationis, jus devolvi mandatur ad *proximiorem* Alexandri, & *poſterorum* ejus: Appoſito tandem ampliſſimo decreto de non vacando in hæc verba -- *ac Portam, & Officium hujuſmodi per filiorum, & deſcendentium prædictorum mortem civilem, & naturalem, aut quodvis delictum, ſeu quocunque alio modo, ad Sedem Apoſtolicam, ſeu eandem Cameram, aut Capitolium devolvi non poſſe, neque debere, neque devoluta cenſeri, ſed apud filios, heredes, & ſucceſſores præfatos remanere debere &c. decrevimus, & declaravimus* -- Ex his ergo diverſis circumſtantiis, diverſarumque perſonarum vocationibus, & per diverſas orationes, ad oculum probatur novam, & independentem a præcedentibus fuiſſe factam Conceſſionem, qualem ipſemet Pontifex Julius paulò poſt appellavit; & conſequenter inane ſemper magis remanere inculcatum objectum Adverſariorum de aſſerta hujus Conceſſionis perſonalitate, tanquam, ut ajebant, conceptæ in ter-



Digitized by Google

minis extenſionis, & ampliationis, quarum proprietas eſt naturam rei extenſæ, aut ampliatæ non immutare. Quamvis enim hoc verum non ſit in ſenſu juris, neque in moralibus, politicis, & oeconomicis, in quibus perſæpe ampliationes naturam, & eſſentiam mutant, multis in hoc omiſſis exemplis, quæ afferri poſſent; omnis dubietas tollitur per datas demonſtrationes novæ penitus, per ſe ſtantis, & a præcedentibus independentis Conceſſionis a Julio factæ, cujus vigore quaſi per actum occultum refutationis in manus Pontificis, prima aboletur, & nova emergit Conceſſio. *Card. de Luc. de Feud. diſc.4. n. 21. & per tot. Hartm. Piſtor. lib.2. quæſt. 48. num.13. & ſeqq. Fulgin. de Jure Emphit. tit. de contract. emphyt. quæſt. 10. num.4. & ſeqq. De Pont. lect. feud. 16. n.21. Rot. dec.33. n.2. 3. & 14. part.18. & dec.450. num.18. part.19. recent. & in Romana Domus 2. Julii 1703. §. Minus ſubſiſtit, cor. Eminentiſs. Priolo, & in Bononien. Bonorum Emphyteuticorum 22. Martii 1706. §. Quinimmo, coram R. P. D. Lancetta, & in Bononien. Emphytheuſis 17. Junii 1707. §. Fortiùs verò, coram Omaña apud D. Calderon. reſolut.65. n.45.*

## A R T I C. IV.

*Omnia Feudalitatis indicia in hac Julii III. Conceſſione deficere.*

Allatis quatuor pro tranſitu in extraneos Portæ, & Præfecturæ Fundamentis, ex jure nimirum Perpetuariorum Communi, ex Statuto Urbis, ex qualitate remuneratoria Conceſſionum, & ex Brevi Julii III., omnem excludentis perſonalitatem, ſeu ad certas perſonas reſtrictionem; Quintum æquè validum accedit, ex non facto, quod non minùs quàm factum intentionem Concedentis declarat. *Rota dec.321. num.15. coram Bich. dec.291. n.11. part.9. tom.1. & dec.496. num.4. part.18. tom.2. recent.*, & in puncto *Cyriac. controv.145. num.26.*, eoquòd nulla adſint in hypotheſi indicia ex illis, quæ arguere poſſunt Conceſſionem eſſe juxta naturam Feudi, aut Officii perſonalium, aut devolutioni ſubjectorum. Talia autem indicia a probatiſſimis Auctoribus enumerantur, nimirum a *Menoch. præſumpt. 91. n.35. & trib.ſeqq. lib.3. Mantic. de Tacit. & ambig. lib.23. tit.5. per tot. Roſental. de Feud. cap.6. quæſt.26. & 27.* & ſequentia ſunt, nimirum relatio ad Jus Commune Feudorum, Militiarum, ſive Officiorum; verba *inveſtire*, aut ſimilia; reſervatio directi dominii; mentio aliqua futuræ devolutionis; præſtatio perſonalium ſervitiorum; promiſſio, & juramentum fidelitatis; obſequii certis occaſionibus præſtatio; petitio inveſtituræ de Vita in Vitam; recognitio per aliquid annuum in re, vel pecunia, facienda Cameræ Apoſtolicæ, aut Capitolinæ, ut in aliis Portarum Feudis fuit ſolitum, in Portuenſi ſcilicet, & S. Pancratii, quarum conceſſiones cum dictis feudalibus ſignis recenſentur in Summa-

Digitized by Google

mario Cameræ Capitolinæ *num.*4. *lit.F.*, & ſi quæ ſunt ejuſmodi alia, limitatam feudalitatem, & devolutioni ſubjectam indicantia, quorum ne unum quidem militare in noſtris Conceſſionibus, immo omnia ſe habere in contrarium liquet; Undè rem aliter ſe habere poſſe miratur *Cyriac. dicta controv.*145. *num.*25.

## A R T I C. V.

*Particula* cum Juriſdictionibus *quomodo inducat allodium*.

POST validum argumentum ex non facto, transeamus ad illa, ex facto reſultantia, & *Sextum* hìc conſideremus pro admittendis extraneis *Fundamentum* in Conceſſione, de qua agitur, tanquam facta *cum Juriſdictionibus*; hanc enim eſſe notam allodialitatis, probant exempla perſonalium Conceſſionum, quæ dicta particula carent, quales ſunt primæ Pauli III., & Julii III., aliæque omnes, quæ datæ ſunt in Summario Cameræ Capitolinæ *numer.*4., & in Summario Cameræ Apoſtolicæ *num.*2. Et non ſpernenda additur ratio, quòd quum in Porta, & Præfectura nullum adſit exercitium Juriſdictionis, ut dicta verba Brevis aliquid operentur, ut decet, neque ad aliud referri poſſint, intelligenda ſint de facultate diſponendi in quoſcunque, quæ Juriſdictio quædam videri poteſt, & qualis eſſe, & Sententiam continere dicitur actus teſtandi *Torr. de Pact. fut. Succeſſ. lib.*3. *cap.*6. *n.*21. §. *Ulterius*.

## A R T I C. VI.

*Quòd Julius III. a Succeſſione extraneorum non abhorruit*.

EX quo Julius III., in dicto Brevi invitavit in primo vocationum ordine ſolos Deſcendentes maſculos ex maſculis Alexandri Creſcentii, excluſis omnino maſculis ex fœminis, deducitur inde *Septimum* pro tranſitu in extraneos *Fundamentum*: Quia ſcilicet Summus Pontifex, defectis prædictis Deſcendentibus agnatis, & defecta perſona, ab ultimo eorum nominanda, cui ſoli onus accipiendi Cognominis de Creſcentiis impoſuit, quo tamen onere gravare noluit ejus Deſcendentes, alioſque ſucceſſivè vocatos, Succeſſores nimirum poſterorum, & ultimi Defuncti proximiores in caſum non factæ nominationis; hos proinde omnes cenſeatur pro extraneis, ut verè futuri erant, habuiſſe, & nihilominus vocaviſſe, & ab extraneorum ſucceſſione nullatenus abhorruiſſe *Card. De Luc. de Regal. diſc.*5. *num.*17. *verſ. quia dum &c.*

## A R T I C. VII.

*Maxima vis perpetuitatis ad includendos extraneos*.

MAjorem fanè pro extraneorum vocatione efficaciam habet illa particula Juliani Brevis -- *perpetuo*

Digitized by Google

*tuo conceſſimus, & aſſignavimus* -- quæ adiicitur vocationi Deſcendentium perſonæ nominandæ, & ex tali perpetuitate *Octavum* deſumitur *Fundamentum* pro tranſitu ad extraneos; quia, quod perpetuum eſt, præſefert infinitatem temporis, nullique ſubjectam perſonarum deficientium legi; eòque magis ſi perpetuitas juncta ſit verbis liberam donationem indicantibus; ſit pluries repetita, & ſit realis; maximè verò ſi concurrant alia indicia, tam ex facto, quàm ex non facto; & militet aſſiſtentia Juris, tam Communis, quàm Statutarii: Quæ omnia in caſu noſtro concurrere, in ſuperioribus Capitibus, & Articulis probatum fuit, præcipuè verò ſub *cap.* 1. ubi exponitur materia de *Perpetuariis*, quorum huic Operi nomen datur, & quibus naturaliter competit, & ex Imperialibus Conſtitutionibus conceditur jus alienandi, & rem transferendi quolibet titulo in quoſlibet Succeſſores etiam extraneos, ut ibi ex ipſo Juris fonte demonſtratum fuit, & hìc plenè auctoritatibus Pragmaticorum, & Rotæ Romanæ duximus confirmandum, nimirum *Cyriac. controv.* 146. *n.* 10. *Palma allegat.* 132. *n.* 5. *Balducc. ad Ramon. conſ.* 37. *in obſerv. n.* 73. *Caren. reſol.* 152. *n.* 3. *Card. de Luc. de Emphyt. diſc.* 32. *n.* 5. *verſ. tertio. Boſcol. de Succeſſ. in Feud. apud Torr. de Majorat. part.* 2. *reſp.* 2. *n.* 91. 97. & 98. *Epiſcopus Rocc. ſelect. cap.* 66. *num.* 13. & 14. *Pacion. de Locat. & Cond. cap.* 53. *num.* 16. *Rota dec.* 293. *n.* 3. *cor. Card. Cavaler. dec.* 748. *num.* 20. *cor. Dunoz. jun. deciſ.* 868. *num.* 3. *coram Seraphin. dec.* 444. *num.* 1. *cor. Rojas dec.* 218. *num.* 4. *cor. Priolo dec.* 75. *num.* 8. & 9. *cor. Anſald. dec.* 188. *num.* 50. *apud Palm. inter Lucen. deciſ.* 225. *num.* 1. *part.* 17. & *in Nullius, ſeu Forolivien. Caſtri Vallis Oppii* 12. *Junii* 1711. §. *Et ſanè cor. R. P. D. Lancetta.*

## A R T I C. VIII.

*Verba* concedimus, & aſſignamus *donationem ad quoſcunque tranſitoriam inducunt.*

NOnum pro tranſitu in extraneos *Fundamentum* ſuppeditant verba illa in prædicto Brevi -- *Conceſſimus, & aſſignavimus* -- quæ ex natura ſua dominii translationem, & donationem important, & feudalitatem devolutioni ſubjectam excludunt, niſi a contrariis circumſtantiis ſuffocentur; quia juxta ſubjectam materiam qualificantur, & juxta naturam actus intelliguntur, ut de verbo *concedere* aſſerunt *Spad. conſ.* 5. *num.* 33. *Ramon. conſ.* 24. *numer.* 77. *in fin. Menoch. præſumpt.* 30. *num.* 41. *lib.* 3. *Gratian. diſcept. for. cap.* 82. *num.* 15. *Roſental. de Feud. cap.* 6. *concluſ.* 26. *num.* 2. ubi quòd hoc apud omnes pugna caret. *Rota Florent. apud Manſ. conſult.* 110. *numer.* 62. *tom.* 2. Et de verbo *aſſignare* probant ex *l. Arbiter* 11. *ff. de diſtract. pign. Barboſ. dict.* 42. *per tot. Bellon. de Jur. accreſc. cap.* 7. *quæſt.* 3. *num.* 177. *Rota dec.* 305. *n.* 3. & 4. *part.* 19. *recent.* Ad perfectam de-

Digitized by Google

declarationem talium verborum, tres diſtinguendi ſunt caſus, quorum primus eſt, ſi fuerit determinata natura contractus feudalis, aut emphytheutici, & dicta verba, aut ſimilia naturæ donationi convenientia addita fuerint; ea ſanè naturam feudalem, aut emphytheuticam non immutant, ſed ea retenta Feudum, Emphyteuſim, aut Officium impropriant, & tranſire faciunt ad heredes, & ſucceſſores etiam extraneos *Card. de Luc. de Feud. diſc.* 127. *num.* 10. *Rota dec.* 94. & 237. *part.* 12. *rec. per tot.*, ubi in prima *n.* 7. & 8. & in ſecunda *num.* 5. conſideratur circumſtantia remunerationis benemeritorum.

Secundus eſt Caſus, quando deficit quidem expreſſio tituli feudalis, aut emphyteutici, ſed tales ac tantæ concurrunt circumſtantiæ, ut de natura feudali, aut emphyteutica non dubitetur; & tunc idem eſt, ac ſi titulus proprius feudalis, aut emphyteuticus expreſſus fuiſſet; & tales oſtenduntur termini *Deciſ. Rotæ in Melevitana Feudi cor. Merlin.* quæ extant *part.* 6. *rec. dec.* 129. 212. 310. & 344. & *Bicb.* inter ejus impreſſas *dec.* 538. & *in Viterbien. Caſtrorum coram Coccino* inter ſuas *dec.* 2121. *num.* 112. *ad fin.* in quibus inter alia multa propriam feudalitatem indicantia, aderat expreſſa declaratio devolutionis, quorum nihil in caſu noſtro, immo contraria legitur devolutionis expreſſa prohibitio quocunque caſu.

Tertius caſus eſt, quando neque ex verbis expreſſis, neque ex circumſtantiis conſtat de natura feudali, aut emphyteutica, aut reſpectivè allodiali, ſed hinc inde aliquæ militant conjecturæ, invicem ſe conquaſſantes; & tunc incontaminata remanet aſſiſtentia Juris, quæ pro allodialitate viget; concurrente potiſſimùm perpetuitate conceſſionis, cui ſi accedat aliqua conjectura, de extraneorum ſucceſſione non dubitatur, ut aſſerunt allegatæ Auctoritates in *Artic. præcedente*.

Hinc reflectendo ad caſum noſtrum, multiplici juris aſſiſtentia munitum, & fortiſſimis demonſtrationibus, ex non facto, & ex facto jam adductis, & in magno numero infra adducendis, allodialitatem, & tranſitum in extraneos convincentibus, pro his, ex veritatis neceſſitate, concluditur. Præſertim verò quia nulla in contrarium eſt conjectura, vel unica tantùm quoad Præfecturam, utì deſcriptam in Libello redditum, & expenſarum Populi Romani. Et hæc vaniſſima oſtenditur, quia talis Libellus non qualificat naturam Officiorum, ſed eorum tantùm refert emolumenta; & reſpectivè expenſas annuas Populi Romani; & ſic nihil commune habet cum caſu noſtro.

## A R T I C. IX.

*Supremi Principis Conceſſio in Allodium, & non in Feudum intelligenda.*

ALia Juris aſſiſtentia, ſive præſumptio, quòd nimirum Conceſſio facta a Supremo Principe, cen-

Digitized by Google

cenſeatur facta liberè in Allodium, & non in Feudum, aliumve titulum devolutioni ſubjectum. *Rain. conſ.* 38. *n.*4. *lib.*1. *Tiraquell. in l. ſi unquam in V. donatione largitus n.*338. *Spad. conſ.*1. *num.* 36. *Boſcol. apud Torr. de Majorat. reſp.* 1. *ſpecial.* 9. *num.* 164. ubi affert quadraginta & ſeptem Doctores, de communi & indubitata ſententia teſtantes. *Menoch. præſump.*103. *num.*31. *lib.*3. hæc inquam præſumptio *Decimum* præbet pro tranſitu in extraneos *Argumentum*. Quod ſanè procedit etiam in Officiis, & ſic non solùm in Porta Flaminia, ſed etiam in Præfectura Murorum, quia Feuda & Officia eiſdem regulis judicantur *Larr. alleg. Fiſcal.*16. *n.*40. *lib.*2. *Salgad. in Labyr. Cred. part.*2. *cap.*27. *num.*54. & liquet ex Statuto Urbis *cap.*125. *lib.*1. Conceſſio enim rei etiam aliàs feudalis, vel Officii, quod proventum habeat, neque in nuda adminiſtratione vel exercitio conſiſtat, ſi facta fuerit a Principe Supremo, ſemper, ex dictis, in Allodium præſumitur, retentis alto dominio, & Suprema Juriſdictione. Et in Officiis quoque id procedit, in quibus heredum mentio, quæ pluries fit in Brevi Julii III., non ſolos ſanguinis, ſed etiam extraneos continet. *Card. de Luc. de Regal. diſc.*5. *num.*15. *& ſeqq. Rocc. de Offic. rub.*3. *num.*10. *& ſeqq. Rovit. dec.*72, *num.*4. *& ſeqq. Reverter. deciſ.*364. *& ibi de Marin.*

## ARTIC. X.

*Verba* Spectare, & pertinere *faciunt Conceſſionem Julii realem, realemque, ac perpetuam nominandi facultatem.*

EX verbis memorati Juliani Brevis—*ſpectare*, *& pertinere*—quæ ſignificant veram, & actualem dominii tranſlationem *Barboſ. dec.*257. *num.*4. *Rota dec.*184. *num.*4. *& deciſ.*305. *num.*15. *&* 16. *part.*19. *recent.*, & quidem pleni, & directi *Barboſ. appell.*79. *&* 80. *num.*1. *&* 3. *Card. Thuſc. lit. P. concluſ.*918. *num.*2. [ reſervatis tamen ſuprema Juriſdictione, & Superioritate Concedentis, juxta pleniſſimè adducta per *Spad. conſ.*1. *num.*13. *& plurib. ſeqq.*) reſultat realitas Conceſſionis, quæ idem eſt, ac tranſitus ad Succeſſores quoſcunque etiam extraneos. *Menoch. præſumpt.*103. *num.*31. *juncto num.*22. *lib.*3. *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.*4. *cap.*10. *num.*30. *Tiraquell. de Nobilitat. cap.*37. *n.*59. *Noal. de Tranſm. cap.*23. *num.*22. *&* 23. *Rota poſt Bouden. Colluct. legal. dec.*35. *num.*7. *&* 8. *Undecimo* huic *Fundamento* adnectitur ipſi affine *Duodecimum*, reſultans ex realitate, & perpetuitate facultatis nominandi, quæ licèt juxta literam data videatur ſolis Alexandro Creſcentio, & ultimo ejus deſcendentium, ſeu poſterorum, interpretativè tamen omnibus Succeſſoribus tributa cenſetur, tam ex tranſlata dominii plenitudine, & ex perpetuitate Conceſſio-

ceſſionis *Menoch. conſ.*104. *n.*10. *&* *conſ.*158. *n.*80. plenè *Caſtill. quotid. controv. cap.*87. *n.*19. *& ſeqq. per tot. Larr. Deciſ. Gran.*31. *n.*12. *& ſeqq. Rot. dec.*196. *n.*13. *& ſeqq. part.*8. *& dec.*301. *num.*7. *part.*14. *recent. & in Salmantina Beneficii* 20. *Novemb.* 1684. §. *Cenſuerunt*, *&* 9. *April.* 1685. §. *Siquidem*, *& ſeqq. cor. bon. mem. Urſino*, quam ex eo, quòd in caſum non factæ nominationis non fuit facta ſubſtitutio certæ perſonæ, Concedenti cognitæ, neque tali caſu aliqua ipſi reſervata facultas, ſed declarata fuit Succeſſio proximioris, ſive heredis ab inteſtato *Andreol. controv.*343. *num.*13. *ad fin. De Luc. ad Gratian. cap.*30. *num.*3. *in fin. Rota cor. Emerix jun. dec.*1319. *num.*14. *&* 15. & conſequenter multo magis heredis ſcripti, qui illi præfertur, & pro ſpecialiter nominato habendus eſt, ut in puncto *Rocc. de Offic. cap.*3. *num.*11. *Rota cor. Seraphin. dec.*1303. *num.*12.

## ARTIC. XI.

*De Clauſula* pleno jure *operante in diſpoſitivis donationem, & tranſitum in extraneos.*

POnderanda ſunt pro *Fundamento XIII.*, verba illa Brevis, quæ omnibus vocatis concedunt *plenum jus in Porta, & Præfectura*, ac proinde faciunt meram, ſimplicem, & abſolutam donationem inter vivos, cum omnimoda feudalitatis, & devolutionis excluſione. *Barboſ. Clauſ.*101. *num.*3. *Menoch. præſumpt.*30. *num.*42. *lib.*3. *Boſcol. d. reſp.*1. *num.*166. *apud Torr. de Majorat. part.*2. *pag.*471. *Rota deciſ.*1715. *n.*82. *&* 83. *& dec.*2121. *num.*135. *& ſeqq. cor. Coccin. & deciſ.*129. *numer.*14. *& ſeqq. part.*6. *recent.* Et quatenus feudalitas aliqualiter dubia eſſet (cujus equidem nec minimum in his Julii III. Conceſſionibus habetur indicium) tranſiret nihilominus in claram allodialitatem ex dicta particula *plenum jus*; ex qua dicitur omnibus conceſſa libera, & perpetua facultas diſponendi, ut in puncto *Rota deciſ.*651. *num.*21. *& ſeqq. & dec.*715. *num.*2. *& ſeqq. cor. Dunoz. jun. & dec.*810. *num.*7. *cor. Cerro.* Maximè verò quia acquiſitio *pleni juris* directè, & principaliter diſponitur, & non per verba acceſſoria, aut executiva, ut diſtinguendo *Rota dicta dec.*129. *num.*15. *&* 16. *part.*6. *recent.* Accedente potiſſimùm, quòd ipſum *plenum jus* a concedente intrinſecus figitur in *Porta, & Præfectura* per illam dictionem *in*; Undè principaliter, ac diſpoſitivè ſtare, & non acceſſoriè, aut dependenter, ipſamet verborum conceptio ſatis oſtendit. *Gratian. diſcept. foren. cap.*460. *num.*60. *Seſſe deciſ. Aragon.*124. *num.*27. *Rota dec.*42. *num.*4. *cor. Cerro, & dec.*316. *numer.*10. *part.*9. *recent.*, *& Decimum quartum* Aſſumpti noſtri exhibet *Fundamentum.*

* * * * * * * *

C AR-

Digitized by Google

## ARTIC. XII.

*Secluſo explicito, aut implicito pacto reverſionis ad Donantem, certarum perſonarum vocatio non impedit extraneorum Succeſſionem poſt illas.*

FIrmata ex prædictis natura puræ & liberæ donationis inter vivos, tanquam præcedentium declarativum, & magis ſpeciale adducitur *Fundamentum Decimumquintum;* Quòd nempe Conceſſio etiam deſignans, aut inuitans certas perſonas, & cum dictionibus taxativis, adhuc tamen, ex donationis eſſentia, transeat ad heredes, & Succeſſores quoſcunque etiam extraneos, poſt defectos nominatim vocatos, etiamſi nulla heredum mentio facta fuerit, niſi adſit explicitum pactum reverſionis ad Donantem, aut ſaltem implicitum ex certis conjecturis, & demonſtrationibus reſultans. Ex ſola enim donationis eſſentia emergit tranſitus in extraneos, & facultas liberè diſponendi in quoſcunque, licèt aliàs Conceſſio videretur perſonalis, & concepta favore Alexandri Creſcentii, aliorumque vocatorum, neque exprimeret heredes, alioſque Succeſſores, ut exprimit *Mantic. de Tacit. & ambig. lib.13. tit.21. num.20. Hermoſill. ad Lop. gloſſ.5. leg.7. tit.4. part.5. num.54. pag.339. Gratian. diſcept.386. num.14. Noguerol. alleg. 37. num.23.* optimè *Rota dec. unica cor. Achille de Graſſ. tit. de donat. dec.273. per tot. cor. Puteo lib.3. dec.970. & 1047. per tot. & deciſ. 1325. num.4.5. & 6. coram Emerix jun. dec.587. num.1. part.1. dec.98. num.13. & 14. part.12. & dec.434. num.1. & ſeqq. part.13. recent. & in Cavallicen. Donationis 21. Novemb. 1707. §. Ita ex oppoſito, cor. bon. mem. Anſaldo. & in Aſculana Parochialis 20. Martii 1684. §. Minùs relevat. cor. Benincaſa.* Quanto igitur magis, quum nulla adſint perſonalitatis indicia, nullæque dictiones taxativæ, ſed cum *perpetuitate, plenoque* per ſe, & independenter tranſlato *jure*, tot alia adducta, & adducenda concurrant.

## ARTIC. XIII.

*Tranſlatio* pleni juris *una cum dominio, & libera diſponendi facultate, perfectam allodialitatem conſtituit, & rem de libero patrimonio Acquirentis facit.*

AMpliativè ad ſuperiùs dicta deducitur *Fundamentum XVI.* cui locum facit ipſamet *pleni juris* tranſlatio, quæ confert vocatis plenum dominium, & facultatem diſponendi ſaltem in ingreſſu poſt defectos nominatim vocatos. *Menoch. conſ.191. num.14. Ruin. conſ.1. numer.21. verſ. ubi dicit. lib.1. Rota dec.651. num.21. verſ. quia non ideo, & dec.715. num.2. & 3. cor. Dunoz. jun. dec.710. n.7. cor. Cerro dec.358. n.8. part.5. dec.161. n.22. part.15. & dec.494. num.38. part.19. tom.2. recent. & in Romana Fideicommiſſi*

Joan.

Digitized by Google

*Joan. Petri Senior. de Caffarellis* 5. *Maji* 1684. §. *Nec obeſſe* . §. *Minus opitulari* , & §. *Frigeſcente* . *coram Albergato* . Ex eadem *pleni juris* tranſlatione reſultare conſtat qualitatem allodialem , & quòd res conceſſæ effectæ fuerint de libero Patrimonio primi Conceſſionarii, aliorumque ſucceſſivè vocatorum , & abſque ulla ſpe reverſionis ad Concedentem , ut firmant *Card. de Luc. de Feud. diſc.*34. *num.*6. *verſ. ſecundò quia* . *Intrigliol. de Feud. cent.* 1. *quaſt.*43. *num.*19. *Franch. dec.*131. *n.*11. & *ad eum Amendola dec.*437. *num.* 9. *Rovit. deciſ.*72. *numer.* 33. & in puncto Officiorum *Rota deciſ.*338. *num.*19. *part.*11. *recent.* conſtituendo in tali allodialitate proximè adducta concomitans *Fundamentum XVII.* Hinc nacta occaſione Auctor narrat, quòd Concluſionum allegatarum veritas non fuit a contrariis Defenſoribus impugnata , ſed ſumma injuria prætenſæ fuerunt inapplicabiles, ob decantatam Conceſſionum perſonalitatem, aut temporalitatem ; Et meritò conqueritur de tali , aliiſque facti ſuppoſitis omnino erroneis, exadverſo nimia animoſitate figuratis, ad quæ detegenda proteſtatur, Textum ipſum originalium Conceſſionum fideliter exaraſſe, & ſingulas earum partes ſæpè ſæpius repetitas fuiſſe ; & hac præſertim de cauſa Opus hoc, ſuo tempore evulgandum , & Juriſconſultorum univerſitati, totique Mundo literario inſcribendum, compoſuiſſe, ut omnes aliquando veritatem ſciant, & cuique facile ſit eam ab Impugnatoribus , ſi qui aderunt, vindicare.

## A R T I C. XIV.

*Vocatis a Pontifice* Succeſſoribus poſterorum , *extraneos quoſcunque univerſales , & particulares fuiſſe vocatos* .

Decimumoctavum exhibent *Fundamentum* Verba illa prædicti Juliani Brevis -- & *ſic Succeſſores poſterorum, ſive Nominandi* -- Quum enim tales intelligi nequeant ipſi poſteri, neque dici poſſint ſibi ipſis ſuccedere , & conſequenter *Succeſſores poſterorum* eſſe debeant perſonæ diverſæ ab ipſiſmet *poſteris* , juxta regulam, de qua *Rota dec.*429. *n.*8. *part.*4. *tom.*2. & *dec.*406. *num.*10. & 11. *part.*19. *recent.* & *dec.*41. *numer.*5. *poſt Torr. de Majorat.* Item quia iidem *poſteri* indefinitè appellantur, & ſine adjectivo *tuorum* , ut ſemper in hoc Brevi facere ſolet Pontifex ; ac proinde tam deſcendentes Alexandri Creſcentii, ad quem verba Brevis diriguntur, quàm deſcendentes perſonæ Nominandæ ſupra vocatos, qui & ipſi illius *poſteri* ſunt, eademque gaudent indefinita *poſterorum* appellatione , comprehendunt , ex juribus apud *Barboſ. appellat.*209. *num.*1. & ſic nullus remanet excluſus heres Sanguinis, ad quem referri poſſit ſubſtitutio *Succeſſorum* , dum horum *poſterorum* , ſeu deſcendentium perſonæ Nominandæ *Succeſſores* , ab iiſdem mox enunciatis diverſi eſſe

C 2 de-

debent, itaut de aliis perſonis neceſſariò intelligantur; neque referri poſſint, tanquam pluraliter invitati, ad perſonam Nominandam, quam Pontifex ſingulariter expreſſit *Fuſar. de Subſtit. quaſt.* 358. *n.* 11. *Rota dec.* 177. *num.* 5. *cor. Bich.* In neceſſariam deſcendit conſequentiam, prædictos *Succeſſores poſterorum* intelligi per Papam, vel univerſales Teſtamentarios heredes, aut donatarios omnium bonorum, vel particulares quoſcunque, utroſque tamen, & abſolutè extraneos; dum illi Sanguinis, ſeu deſcendentes tam Alexandri Creſcentii, quàm Nominandæ perſonæ, defeciſſe ſupponuntur omnes, & de ipſorum agitur Succeſſoribus, qui ab illis, quibus ſuccedunt, diverſi eſſe debent, ut dictum fuit. Neque tales intelligi poſſunt ſoli heredes ab inteſtato, quia inferiùs ſpecialiter vocantur in caſum defectus deſcendentium Alexandri, & non factæ nominationis ab ultimo eorum; & quia conveniens erat ante illos legis admittere Succeſſores ex voluntate hominis, quibus leges prælationem dant *l.* 1. *ff. de ſuis, & legit. hered. princip. tit. Inſt. de heredit. quæ ab inteſt. deferunt. & paſſim &c.*, & iniquum, & irrationabile fuiſſet hos excludere, & illos vocare. Immo quia Juris ordo expoſtulabat invitare primùm Succeſſores ex voluntate Auctoris, quàm legitimos ab inteſtato; ideo prudentiſſimè Summus Pontifex, vocando -- *Succeſſores poſterorum, ſeu Nominandi* -- intelligere voluit, ac debuit heredes Teſtamentarios, vel Donatarios univerſales, vel alios quoſcunque Succeſſores particulares; & hos primùm, ut decebat, poſtea ſubſidiariè vocavit heredes ab inteſtato tam Alexandri, quàm poſterorum, quos ſinonyma appellatione *proximiorum* expreſſit, eoſque admitti voluit in caſum, *in quem deficerent filii maſculi, tuque* (ſunt verba Pontificis ad Alexandrum Creſcentium) *ſeu ultimus maſculus ex deſcendentibus prædictis* (hoc eſt tam Alexandri, quàm perſonæ primum nominatæ, quia etiam hos relativa dictio *prædictis* complectitur, & jus nominandi oſtendit reale, ſucceſſivum, atque perpetuum) *non nominaretis* -- hoc eſt toties, quoties occaſio nominandi adfuerit, vel decedente Alexandro ſine liberis, vel horum ultimo deficiente, vel deficiente pariter ultimo ex deſcendentibus perſonæ nominatæ primo, ſecundo, tertio, & deinceps, juxta naturam realis, & perpetuæ facultatis nominandi, qualem fuiſſe conceſſam tam multiplex Juris aſſiſtentia, quàm pro ejus venturo caſu deſignatus defectus ultimi Maſculi *deſcendentium prædictorum*, inter quos deſcendentes perſonæ nominatæ expreſſi ſupra fuerunt, dubitare non ſinunt. Quare quum perſona nominanda, vel ab Alexandro, vel ab ultimo Maſculo ejus deſcendentium, vel etiam ab ultimo [ & ſic ſemper ſucceſſivè in infinitum ] deſcendente Maſculo ipſiuſmet *nominati*, hæc inquam perſona nominanda quum ſit extranea, & extranei pariter ſint *Suc-*

ceſ-

*ceſſores poſterorum*, & tales etiam *proximiores*, ſive heredes legitimi poſtea vocati, nulla planè ambiguitas remanet quoad vocationem extraneorum, quam Pontifex Julius compendio quodam verborum enucleavit, & excutiens quodammodo grana a ſpicis, quales erant diſpoſitio Juris communis, & Municipalis, benemerita Domus Creſcentiæ, tranſlatio *pleni juris*, aliaque liberam, & non reverſuram donationem indicantia, in aperto poſuit per illam particulam -- *& ſic Succeſſores poſterorum, ſeu Nominandi* -- quibus verbis unica convenit intelligentia pro extraneis, ut ex litera, & ſpiritu hujus Brevis ad oculum patet; & mox factæ incavillabiles animadverſiones luce meridiana clariùs oſtendunt.

Et quoniam gradualis illa Maſculina & primogenialis Succeſſio in deſcendentibus Alexandri, & perſonæ Nominandæ a Pontifice expreſſa, & tacitè volita etiam in deſcendentibus extraneorum, ut manifeſtum facit dictio illa *& ſic*, ampliativa ſimul & explicativa, & antecedenter annexa *Succeſſoribus poſterorum, ſive Nominandi: Barboſ. dict.* 114. *num.* 2. *& dict.* 365. *num.* 1. *&* 2., quia inquam prædicta ſucceſſiva deſcendentium vocatio obſcurum quodammodo reddere videtur hujus Brevis contextum, itaut ſæpiùs repetita nominatio heredum Sanguinis, ad hos reſtrictam Conceſſionem, eamque perſonalem quodammodo ſuadeat, & facilè ſuadere poſſit ita eſſe cupientibus, & affectione obnubilatis oculis Breve Pontificium legentibus; E contra verò magis cordati Juriſconſulti, omnia rimantes, ſingula ſingulis conferentes, diſpoſitionem Legis ſimul & Supremi Principis, propriamque actus, & Conceſſionis naturam expendentes, diſſimulare nequeant, vel non videre tot evidentes demonſtrationes pro Succeſſione extraneorum militantes, & ſanam reſponſionem non habentes, & ſeriò credere debeant diſtinctione aliqua utendum eſſe: Hinc ad omnes quaſcunque etiam affectatas ambiguitates tollendas, ultra jam allatam declarationem ſummè juridicam, ut ſcilicet heredes Sanguinis primi admittantur, & præferantur extraneis, quibus poſtea illis defectis libera aperiatur Succeſſio; adducitur nunc alia conciliatrix diſtinctio, quòd nimirum poſt evacuatos Alexandri Creſcentii deſcendentes, Conceſſio in futurum ſemper ſit hereditaria, & ad quoſcunque extraneos tranſitoria in ingreſſu; primogenialis autem, & agnatitia in progreſſu, & donec extiterint deſcendentes Maſculi ex Maſculis primi extranei, & reſpectivè acquirentis, & ſic in perpetuum deinceps, ut diſtinguendo ingreſſum a progreſſu aliis allegatis *Torr. de Majorat. part.* 2. *quæſt.* 57. *num.* 37. *&* 38. *Rota in Avenion. ſeu Carpentoraten. Fideicommiſſi de Tertullis* 2. *Julii* 1706. *§. In nihilo relevante, cor. R.P.D. Lanceta.* Et hac ſanè adhibita diſtinctione, omnia dubia eliminantur, omnes verborum materiales diverſitates,

Digitized by Google

tes, & permixtiones ſolvuntur, & conciliantur, itaut inde clariſſimum & naturali ratione, & æquitate plenum pro Aſſumpto noſtro, in ordine XIX., emicet *argumentum*.

## A R T I C. XV.

*Julianum Breve a Gregoriano declaratum* pro Succeſſoribus quibuſcunque.

VErùm ſi aliqua excogitari poſſet in Brevi Julii III. ambiguitas, (quæ nulla quidem adeſt ex tot dictis & dicendis motivis, potiſſimùm verò ex tam multiplici Juris aſſiſtentia) plana utique emergeret declaratio a ſubſecuto Brevi Gregorii XIII., ex quo apparet verba -- *Succeſſores poſterorum* -- intelligenda eſſe pro *Succeſſoribus quibuſcunque*; & inde *vigeſimum Fundamentum* tranſitus in extraneos educitur. Supponit in primis Gregorianum Breve, quòd a Julio vocati fuerint *Succeſſores*, quos ignorare non potuit doctiſſimus ille Pontifex, qui fuit eximius Juriſperitus, comprehendere etiam extraneos, & præſertim in materia non ſolùm indifferenti (quales ſunt Supremorum Principum Conceſſiones, ſeu Regiæ donationes, latiſſimam recipientes interpretationem, atque extenſionem) ſed etiam de ſui natura, juxta Leges communes, & Statutarias, tranſitoria ad quoſcunque. Quia vero animadvertebat, utì ſapiens, & diu Romæ in minoribus multiplici judicandi munere functus, & ſummopere expertus in formulis, & extenſione Brevium, ut qui ſub ipſomet Julio III. id muneris geſſit, fuitque unus de Collegio tunc vigenteSecretariorum Apoſtolicorum, ut ex Hiſtoricis habetur, quorum tunc erat aſſidua occupatio in componendis, aut minutandis Brevibus Apoſtolicis, ut patet *ex Card. de Luc. in Relat. Rom. Curiæ diſc.*7. *num.*7. itaut credi poſſit, quòd Julianum hoc Breve compoſuerit, aut ſaltem viderit, & optimè ejus verum ſciverit ſenſum; quia inquam obſervabat non quidem apud ſe, quem latere non poterat vis clara & efficax verborum Julianæ Conceſſionis favore extraneorum, ſed apud ſemidoctos, & Juris non conſultos, ſed confuſos, non peritos, ſed peremptores, prædictorum verborum genuinum & verum ſenſum ad malè opinatas intelligentias deflecti, vel in dubitationem deduci, vel per cavillos ingenio & mundana ſcientia abutentium ad ſiniſtras, deviaſque interpretationes detorqueri; ideo omnem anſam craſſioribus errandi aut dubitandi, vafris, verſutis, veteratoribus decipiendi auferre volens, in quo non modica utilitas eſſe dicitur *Gonzal. ad Reg.*8. *Cancell. gloſ.*6. *num.*16. *Surd. dec.*13. *num.*14. prudentiſſimè Julianum Breve in hoc quodammodo gloſſavit, & qui nam pro *heredibus*, pro *Succeſſoribus poſterorum*, *ſive Nominandi*, ſuus ille Prædeceſſor Julius intellexerit, apertiſſimè declaravit.

Quippe, relato tenore memorati

Digitized by Google

ti Juliani Brevis, addenſque -- *Idcirco nos te, ac natos &c. eodem, quo dicti Prædeceſſores noſtri proſecuti ſunt, favore proſequi volentes -- eodem* inquam *favore*, non majore, aut ampliore, ſed clariore, magiſque aperto, omnibuſque intelligibili, & obvio, puſillorum æquivocis, & malignantium decipulis non ſubjecto, factaque ampliſſima omnium præcedentium Conceſſionum Confirmatione, approbatione, ac etiam innovatione, hæc expreſſit formalia verba -- *Et nihilominus potiori pro cautela* ( hoc eſt non aliqua neceſſitate, ut extranei poſſint admitti, ſed pro majore certitudine eorum jam factæ vocationis, pro amovendis quibuſque cavilloſis & ſiniſtris interpretationibus, & ad majorem rei geſtæ notitiam, & explicationem; ut hæc omnia ſignificari per dictam clauſulam, ejuſque vim ſupponere certam, eandemque præcedentem diſpoſitionem adeſſe, quòd jam diſpoſita ſufficiunt, & ſolùm ex abundanti ſequentia adduntur, probant *Barboſ. clauſ.*103. *n.*1. *Card. Thuſc. lit. C. concluſ.*301. *per tot. Rot. dec.*568. *num.*13. *cor. Bich. dec.*350. *n.*37. *cor. Priol.* & in puncto *dec.*651. *n.*22. *&* 23. *cor. Dunoz. jun.*) *Portam præfatam cum omnibus, & ſingulis illius honoribus &c. juribus &c. tibi, necnon natis tuis, eorumque poſteris, deſcendentibus, & Succeſſoribus quibuſcunque eiſdem auctoritate, & tenore* ( quæ dictio ordinem, formam, progreſſum, ac ſeriem omnino ſimilem ordinatæ a Julio Succeſſioni apertè monſtrat *Calvin. in Lex. in V. Tenor. Nizzol. in obſervat. ad Cicer. eodem V. & ſic etiam Calepin.*, & ita fuiſſe intellectam ab hoc doctiſſimo Pontifice, non eſt ambigendum *Anſald. in annot. ad ſuam dec.*35. *num.*12. §. *Neque minus*, *& num.*13. *dec.*385. *numer.*37. *part.*19. *recent.* & in puncto *dec.*748. *num.*52. *&* 64. *cor. Dunozet. jun.*) *perpetuo concedimus*, *& aſſignamus*.

Poſt hanc perpetuitatis, conceſſionis, & aſſignationis ( ut ſunt in Brevi Julii III.] repetitionem, repetitis etiam verbis *ſpectare*, *& pertinere*, *ac plenum jus*, per eandem dicti Julii expreſſionem invitat *Succeſſores poſterorum*, eoſque habens pro ſinonymis cum *Succeſſoribus quibuſcunque*, a ſe ſuperiùs nominatis, utroſque eadem relativa expreſſione repetit per particulam *Succeſſoribus præfatis*. Ac tandem concludit -- *Decernentes approbationem, Confirmationem &c. aliaque præmiſſa, ac etiam præſentes literas &c. de ſubreptionis, obreptionis &c. aut nullitatis vitio &c. notari, vel impugnari minimè poſſe; ſed tibi, ac natis, poſteris, deſcendentibus, ac Succeſſoribus quibuſcunque in omnibus, & per omnia quoad vixerint ſuffragari; & ad hoc, ut revocari nequeant, vim validi, & efficacis contractus inter Nos, & Cameram præfatam ex una, ac te, poſteroſque, natos, deſcendentes, & Succeſſores præfatos efficaciter ſtipulati, & hinc inde jurati habere; & ſic per quoſcunque Judices &c. ſublata &c.* -- Patet ergo ad oculum, quòd Sum-

mus

Digitized by Google

mus Pontifex Gregorius *Succeſſores* ſimpliciter, & *Succeſſores poſterorum* tam in Brevi Julii III. a ſe confirmato, quàm in proprio confirmante, ac declarante intellexit, & explicavit pro *Succeſſoribus quibuſcunque*, bis a ſe expreſſis, & bis per relativas dictiones generaliter repetitis, ac ſemper habitis pro ſinonymis cum *Succeſſoribus poſterorum*. Quod ſanè ex eo etiam ulteriùs demonſtratur, quòd nempe idem Gregorius poſt confirmatam, & ad cautelam declaratam conceſſionem *poſteris*, *deſcendentibus*, *& Succeſſoribus quibuſcunque*, ferè ſtatim eaſdem perſonas compendioſè repetendo ſubdit -- *tuumque primo natum*, *& ſic Succeſſores poſterorum ad Portam &c. admittendos &c.* -- & ſic neceſſariò includit in *Succeſſoribus poſterorum* paullo ſupra nominatis *Succeſſores quoſcunque*; quibus ut literalem vocationem indulſit, ita & admiſſionem actualem indulſiſſe dicendum eſt, & ſimul explicaviſſe, quòd pro ipſis *Succeſſoribus poſterorum*, & a ſe, & a Julio III. uſurpati, & intellecti fuerunt *Succeſſores quicunque*.

His ita ſe habentibus non obſtat jam datum objectum, quòd Breve Gregorianum loquatur ſolùm de Porta, & non de Præfectura; quia reſolvitur dicendo, id non adduci hìc ad firmandam Conceſſionem, ſed ad declarationem verborum Julii III. Si enim Gregorius *Succeſſores quoſcunque* declarat a Julio vocatos fuiſſe in Porta, ſequitur neceſſariò fuiſſe etiam vocatos quo ad Præfecturam; quia utraque eadem oratione, eodemque verborum contextu una ſimul a Julio determinatur, atque conceditur *Rota deciſ.929. num.10. cor. Dunozet. Jun. & in Romana Canonum de Salviatis* 14. *Februarii* 1707. §. *Nihil penitus cor. Molines*.

## A R T I C. XVI.

*Ex Vocationibus* deſcendentium *abſque adjectivo* tuorum, *&* proximioris, *& ex facultate infantibus data regendi*, *& gubernandi per alios*, *perpetua extraneorum admiſſio probatur*.

FActo reditu ad Breve Julii III., alia ejuſdem verba exponamus, ex quibus habentur alia tria pro admiſſione extraneorum *Fundamenta*, nempè *Vigeſimum primum*, ex facta mentione *Deſcendentium* abſque adjectivo *tuorum*, quod ſemper in Brevi adiicitur quum ſit mentio deſcendentium Alexandri Creſcentii; arguendo a tali diſcretiva locutione fuiſſe vocatos etiam deſcendentes extraneorum *Rota deciſ.* 67. *num.*16. *part.*18. *tom.*1. *& deciſ.* 199. *num.*13. *& ſeqq. part.*19. *tom.*1. *recent. in Romana Cappellaniæ* 25. *Novembris* 1705. §. *Et ex his cor. Anſald. & in Forolivien. Commendæ* 11. *Januarii* 1709. §. *Firmata coram Eminentiſſimo Scotto*: Item *Vigeſimum ſecundum*, ex vocatione *proximioris* in caſum non factæ nominationis, intelligendo gradualem proximiorum vocationem in infinitum, ſtan-



Digitized by Google

tibus perpetuitate, & primogeniali ordine, ex quibus a theorica *Cumani* receditur; ut de prima in puncto *proximioris* ſingulariter vocati *Rota dec.346. num.21. & 26. part.11. recent. & in Lucana Beneficii 7. Maji 1694. §. Patronatum & ſeqq. coram Molines*: & de ſecundo *Rota coram Arguell. dec.16. num.1. & ſeqq. & dec.28. n.14. & in Senogallien. ſeu Antonitana Fideicommiſſi 16. Junii 1698. §. Præterea cor. Card. Caprara, & in Camerinen. Fideicommiſſi, ſeu Primogenituræ 11. Maji 1703. §. Præterea cor. Molines*; & inducendo a fortiori vocationem omnium nominandorum, & heredum inſtituendorum, dum nominati, & ſucceſſores poſterorum antepoſiti fuerunt proximiori: Et *Vigeſimumtertium*, ex facultate Infantibus data regendi, & gubernandi per alios Portam, & Præfecturam, ad nutum deputandos; Undè conſtat illas non fuiſſe conceſſas ratione exercitii, & profeſſionis, & conſequenter tam ex Statuto Urbis, quàm de Jure Communi, diſponente ex dicta facultate agendi per alios Feuda eſſe impropria, & ad extraneos quoſcunque tranſitoria. *Peregrin. conſ.5. num.7. lib.1. Rota dec.748. num.61. cor. Dunozet. jun. & dec.265. n.37. cor. ſan. mem. Alexand.VIII.*

## A R T I C. XVII.

*Decretum de non vacando, ſeu prohibitam devolutionem per mortem, delictum, aut alio quovis modo, extraneorum perpetuam vocationem certam facere.*

CLariſſimum, & undequaque inexpugnabile nunc adducitur pro extraneorum vocatione *Fundamentum Vigeſimumquartum*, ex Decreto de non vacando, ſive prohibitæ nominatim quocunque caſu devolutionis per hujuſmodi formalia verba — *Ac Portam, & Officium hujuſmodi per filiorum, & deſcendentium prædictorum mortem civilem, aut naturalem, aut quodvis delictum, ſeu quocunque alio modo ad Sedem Apoſtolicam, ſeu eandem Cameram, aut Capitolium devolvi non poſſe, neque debere, neque devoluta cenſeri, ſed apud filios, heredes, & Succeſſores præfatos remanere debere* — Hæc autem verba abſolutè ſunt in parte diſpoſitiva, tanquam exarata immediatè poſt illam inceptam, & non completam, interjecta ſola virgula, & cum prima litera minuſcula, & ante verbum duplex *decrevimus, & declaravimus* totam regens, atque perficiens præcedentem diſpoſitivam orationem *Gratian. diſcept. for. cap.609. num.70. Pacion de Locat. & Cond. cap.53. num.74. & ſeqq. Rota dec.294. num.7. part.2. & dec.286. num.7. part.3. recent.*, licèt in quodam contrario Summario (per incuriam, ut piè credimus, Amanuen-

nuenſis) adſit ſubſtantialis alteratio, per obtruncationem periodi, interpoſito puncto, & ſucceſſivè adjecta litera majuſcula, & appoſita nota in margine -- *Clauſulæ executivæ* -- Quam hiſtoricam veritatem hìc oportuit denudari, ad tollenda facti æquivoca, huic negocio, juribuſque noſtris ſemper nimis infenſa; non quòd optimi contrarii Deſenſores tale quid iniquiſſimum in ſe malitioſè attentaverint, ut qui creduntur probè ſcire, in Literis Apoſtolicis nefas eſſe, & ſub pœna excommunicationis prohibitum, unam ſolam literam, punctum, aut virgulam alterare *Farinacc. de Falſit. quæſt.* 150. *num.*42., ſemperque abſit, ut temerè judicemus, dum errorem involuntarium Amanuenſis ſupponere poſſumus, id actum verſutè fuiſſe, quòd illi in anguſtia poſiti apertè cognoſcerent, alio modo ineluctabilem, & ſuperlativam vim dicti Decreti de non vacando declinari non poſſe.

Cæterùm etiam in contrario manifeſtè erroneo ſuppoſito, quòd Decretum de non vacando eſſet in parte tantùm executiva, eſſet nihilominus maximè operativum favore extraneorum; quia præcedenter adſunt tot verba illis faventia, & ſuperiùs ponderata, quibus ex tali decreto, etiam executivè poſito, magna fieret roboris, & declarationis acceſſio, ut in noſtris terminis *Rota dec.*225. *num.*15. *&* 16. *part.*17. *recent. & in Turdon. Emphyth.* 1. *Julii* 1695. *cor. Card. della Tremoille*: maximè verò quia pro extraneorum admiſſione multiplex militat Juris aſſiſtentia; & certum aliàs eſt, etiam in caſu quòd jus reſiſtat, ut in Regalium Conceſſionibus natura ſua perſonalibus, tantam eſſe vim hujuſmodi Decreti de non vacando, ut Juris diſpoſitioni deroget, & etiam prohibita faciat tranſitoria ad quoſcunque, ut punctualiter *Gratian. cap.*730. *num.*8. *Rota dec.*14. §. *Nam certum eſt, poſt Fenzon. ad Statut. Urb. dec.*1294. *num.*5. *cor. Seraphin. dec.*197. *n.*12. *& dec.*303. *num.*9. §. *Undè cum, part.*15. *recent.* non controverſa enim poteſtate, de qua nefas eſt diſputare *Rota deciſ.*1680. *num.*96. *&* 97. *cor. Coccin.*, voluntas ex memorato Decreto de non vacando, junctis præſertim aliis prædictis, redditur clara, & indubitata, quæ nullis proindè probationibus eget *l. Ille aut ille ff. de legat.*3. & ſolùm ex abundanti fuit mox individualibus Auctoritatibus roborata.

## A R T I C. XVIII.

*Prohibitam fuiſſe devolutionem in caſum mortis etiam extraneorum, & vaniſſimum eſſe objectum de pluralitate in ſingularitates reſolvenda.*

SED rurſus abundando examinemus prima verba Decreti de non vacando, quæ prohibent devolutionem Portæ, & Præfecturæ in caſum mortis naturalis omnium præcedenter vocatorum. Verba enim illa -- *filiorum, & deſcendentium prædictorum* -- relationem habent

ad

ad defectum filiorum, & deſcendentium tam Alexandri Creſcentii, quàm perſonæ nominandæ, necnon primonatorum omnium à *Succeſſoribus poſterorum*, ſive extraneis; & hoc virtute dictionis *prædictorum*, quæ eſt indefinita, & ſic univerſaliter relativa ad omnes ſuperiùs nominatos *Rota dec.*713. *n.*2. *& ſeqq. part.*1. *diverſor. dec.*456. *num.*19. *&* 20. *part.*4. *tom.*2. *recent. dec.*271. *num.*6. *cor. Card. Celſo & dec.*1291. *num.*8. *cor. Emerix jun.* itaut Porta, & Præfectura per mortem omnium, ut ſupra vocatorum, & ſic etiam ultimi eorum, devolvi non debeant, & conſequenter, nè in ſuſpenſo remaneant, ad Succeſſores quoſcunque neceſſariò tranſeant *l. unica* §. *Pro ſecundo*, *&* §. *Cum autem*, *& per tot. C. de caducis tol. lend.* Ex quo *Vigeſimumquintum* Aſſumpti noſtri *Fundamentum* reſultat.

Quia verò hoc inſuperabile contrariis Defenſoribus viſum fuit, vaniſſimam, & ab hypotheſi omnino extraneam excogitaverunt ſubtilitatem, dicendo pluralitatem reſolvi in ſuas ſingularitates, hoc eſt, quòd devolutio ſequi non debuerit per mortem ſingulorum ex vocatis, quum ſupereſſent immediatè ſucceſſuri ex deſcendentibus; Secus verò ſi omnes deficerent. O ſubterfugium verè miſerum, & inane! Talis enim propoſitio abſurdiſſima eſt, & voluntati Pontificis, & Juris principiis repugnat.

Repugnat equidem veriſimili Pontificis voluntati, quia ſuperfluum, inutile, & nimis ineptum fuiſſet tale Decretum de non vacando, ſi per mortem ſingulorum, aliis ſuperſtitibus vocatis, intelligenda eſſet prohibitio devolutionis: Conſtat enim ita eſſe de Jure, cuique notiſſimo, & quòd proindè talis expreſſio fuiſſet penitus vana, & nullius operationis, ac nunquam apponi ſolita, ſi aliquando locus eſſe poſſit devolutioni *Rota deciſ.*514. *num.*7. *& deciſ.*562. *num.*19. *& ſeqq. cor. Cerro.* Superfluitatem verò, & inutilitatem diſpoſitionis, præſertim tam enixæ, in diſpoſitiva parte poſitæ, & cum plenis effrenatiſque verbis conceptæ, non eſſe admittendas, repugnare præſumptæ diſponentis voluntati, & ad eas vitandas capi debere aliam quamlibet interpretationem, etiam Juris correctoriam, probant *Barboſ. axiom.*216. *num.*1. 2. 3. *verſ. Illis enim*, *& num.*4. *Rota deciſ.*702. *num.*3. *part.*2. *recent. & deciſ.* 530. *num.*2. *coram S. M. Innocent.* X. & eſt optimus *Text. in cap. ſi Papa* 10. *verſ. Cum verba aliquid operari debeant . de privileg. in* 6.

Repugnat etiam contrarium aſſertum Juris principiis, quia pluralitas in ſingularitates reſolvi quidem poteſt in caſu affirmativo, nunquam verò in caſu negativo, de quo nihil reperitur in Jure cautum, & ideo gratis non eſt talequid ſupponendum, & præſertim vigente rationis diverſitate, quòd ſcilicet magis ſtringit, ſeu negat negativa, quàm ampliet, ſeu affirmet affirmativa *Barboſ. axiom.*158. *num.*3. *Gratian. cap.*896. *num.*3. Sed



Digitized by Google

etiam in caſu affirmativo, in quo non verſamur, contraria procedit concluſio, ſi plures à principio vocati fuerint *Fuſar. de Subſtit. quæſt.* 473. *per tot.* Secus verò ſi vocatio facta fuerit a principio unius tantùm, ejuſque deſcendentium, & ſucceſſorum, ut in caſu noſtro; quia inter eos datur jus accreſcendi, ſeu non decreſcendi, quod omnino tollit pluralitatis quoad devolutionem in ſingularitates reſolutionem *Mantic. de Tacit.*, & *Ambig. lib.* 22. *tit.*34. *num.*19. & 21. *Gratian. diſcept. for. cap.*272. *num.*21. *Fulgin. de Jur. emphyt. de Succeſſion. in bon. emphyteut. quæſt.* 20. *num.*2. & 3. *Bellon. de Jur. accreſc. cap.*6.*quæſt.*37. *num.*31. & *quæſt.*38. *num.*4. *Rota deciſ.*176.*num.*9. *part.*5. *deciſ.*183. *n.*1. *part.*14. & *deciſ.*90. *num.*1. & 2. *part.* 18. *tom.*1. *recent.*, quia regulare eſt jus accreſcendi reſolutionem pluralitatis in ſuas ſingularitates ſemper impedire *Bellon. de Jure accreſc. cap.* 9. *quæſt.*7. *num.*96. & *ſeqq.* Ulteriùs animadvertitur, quòd quemadmodum demandata per Dominum devolutione per mortem deſcendentium ab uno, ea locum non habet, niſi per mortem omnium totaliter, quia unum eundemque reſpicit effectum devolutionis *Bellon. ibid. n.*91. & *ſeqq.*, ita e contra devolutio prohibita per illorum mortem, ſemper ceſſabit per omnium mortem; quia idem ſemper operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, juxta regulam, de qua cæteris allegatis *Barboſ. axiom.*171. *num.*1. Et quia mors omnium devolutionem non cauſat, ita & mors ultimi, qui ex illis eſt, eam non cauſabit. Et hoc non ſolùm in ſe eſt clariſſimum, & lumine naturæ patet, ſed etiam probatur a ſimili caſu ſubſtitutionis reciprocæ linearis, quæ ſi facta fuerit per mortem omnium, cenſetur facta ultimo eorum morienti, juxta receptiſſimam ſententiam, de qua allegatis concordantibus *Rota dec.*570. *num.*4. & 5. *part.*19. *tom.*2. *recent.*, quia hic ultimus moriens eſt de numero, & implet numerum mortis omnium, & conſequenter in caſu noſtro ejus quoque mors removet devolutionem; Et quoniam hic ultimus moriens eſſe debet, tam ex deſcendentibus Alexandri Creſcentii, quàm perſonæ nominandæ, & ex ſucceſſoribus poſterorum, atque etiam ex proximioribus, gradatim, & perpetuò per fideicommiſſariam vocatis, ut probatum fuit; jam patet ad evidentiam ſemper ceſſaturam devolutionem, & quòd etiam in contrario inſubſiſtentiſſimo ſenſu prohibitæ devolutionis per mortem ſingulorum ex vocatis, adhuc ſemper aberit devolutio; quia inter vocatos ſunt plura genera extraneorum, perſona ſcilicet nominanda, ejuſque deſcendentes, ſucceſſores poſterorum, & proximiores ultimo eorum in infinitum, quorum ſanè idem, & talis eſt innumerabilis numerus, qualis eſt omnium ſucceſſorum quorumlibet extraneorum, quorum utique ſinguli aliquem ſemper conſimilem extraneum ſucceſſorem habituri ſunt, ac proin-

Digitized by Google

proindè ſufficit, etiam juxta contrarium ſophiſma, quòd devolutio ceſſet per ſingulorum mortem, dum ſemper adeſt ſucceſſor a Pontifice deſignatus, & devolutionem impediens. Et hæc quidem ex abundanti, quia nimis per ſe patens eſt vanitas contrariæ interpretationis.

## A R T I C. XIX.

*Prohibitio devolutionis per mortem civilem, aut delictum quodvis, aut quocunque alio modo, locum habere nequit, niſi extraneis perpetuò vocatis?*

PRocedendo ad examen ulteriorum verborum Decreti de non vacando, ſeu prohibitæ devolutionis *per mortem civilem, vel quodvis delictum, vel quocunque alio modo*, ex his ſanè tribus particulis alia tria, pro tranſitu Conceſſionis ad quoſcunque etiam extraneos ſucceſſores, *Fundamenta* afferuntur, nimirum

*Vigeſimumſextum*, conſiderando *ex morte civili* ultimi deſcendentium ſequi de Jure devolutionem per *Text. & DD.* de quibus *Roſental. de Feud. cap.7. concluſ.29. num.13. Bellon. de Jure accreſc.cap.7. quæſt.48. num.62.* & quòd hac è contra tali etiam caſu per concedentem prohibita, neceſſariò inducitur extraneorum admiſſio, ut aliquis adſit ſucceſſor, dum illi Sanguinis ſupponuntur omnes defeciſſe, & ultimus eorum incapax Feudi eſt, & tamen Dominus Feudum ad ſe devolvi noluit.

Item *Vigeſimum ſeptimum*, quiaquum ob delictum ſimpliciter non ſequatur devolutio, niſi adſit confiſcatio, quo caſu nec quidem jure devolutionis Feudum revertitur ad Dominum, ſed Fiſco tanquam ſucceſſori anomalo vindicatur, plenè *Capyc. Latr. conſult.34. num.48. & ſeqq.* ubi adducit Concordantes, & plures *Rotæ Deciſiones*, utique in hoc non poſſibili caſu dici non poteſt devolutionem ob delictum a Pontifice fuiſſe prohibitam, nè inutiliter interdixiſſe videatur, quod jam a jure interdictum erat. Et quum ſit etiam nullo modo præſumendum, quòd devolutionem a Jure demandatam Papa interdixerit, ob delicta admiſſa in exercitio, & profeſſione, ſeu proprio munere *Clar. in Pract. Crimin. §. fin. quæſt.73. verſ. Notarius. Capyc. Latr. d. conſult.34. num.54. De Pont. dec.7. num.17. Rota penes Farinac. conſ.5. num.23.30. & 48.* nè credatur contra bonum publicum peccandi & delinquendi anſam dediſſe, & rem ſcandali plenam, & ab omnibus bonis, & ſapientibus reprehenſibilem feciſſe *Cap. niſi. de auctor. & uſu Pallii, cum concord. apud Fagnan. in cap. cum eſſeſ. num.182. de teſtam.*, concludendum eſt ſine aliqua hæſitatione, quòd ipſe Pontifex intellexerit Feudum, & Officium conſtituere ad formam Statuti Urbis, quod mandat illa eſſe tranſitoria ad quoſcunque, quæ annexionem exercitii, & profeſſionis non habent; quòd hujus Statuti diſpoſitioni ſe confirmaverit, & tranſitum Portæ, & Præfectu-

ræ ad extraneos voluerit.

Item *Vigeſimum octavum*, quod valet pro mille aliis, & tranſitum in extraneos ad evidentiam reducit, per verba illa ſcilicet dicti Decreti de non vacando -- *ſeu quocunque alio modo ad Sedem Apoſtolicam, ſeu eandem Cameram, & Capitolium devolvi non poſſe* --, quæ ſanè verba per ſe clamant, omnemque poſſibilem & imaginabilem caſum devolutionis excludunt *Barboſ. dict.* 317. *num.* 1. *& ſeqq. & dec.* 320. 325. 329. 330. 334. *&* 339. *Rota cor. Emerix jun. deciſ.* 1209. *num.* 3. & explicatione non indigent, ut in ipſis clara, & inevitabilis extraneorum appareat vocatio, quam in tanta negandi animoſitate, ſibi in hac Cauſa nimis conſueta, ipſimet contrarii Defenſores diffiteri non potuerunt, & ingenuè confeſſi ſunt; unicum ponentes refugium in ſequentibus verbis, quæ in proximo Articulo explicantur.

## A R T I C. XX.

*Quòd verba illa* -- ſed apud filios, heredes, & ſucceſſores præfatos remanere debere -- *extraneorum ſucceſſioni non obſtent.*

Dicebant igitur acuti Patrocinantes aſſerta jura utriuſque Cameræ, Apoſtolicæ, & Capitolinæ, negari quidem non poſſe prædictam devolutionis prohibitionem in caſum mortis civilis, & naturalis, cujuslibet delicti, ſeu quocunque alio modo, tranſitum in extraneos inducere poſſe, ſi ſola eſſet, ſed modificari, & reſtringi ad heredes Sanguinis, ex illis immediatè ſequentibus verbis -- *Sed apud filios, heredes, & ſucceſſores præfatos remanere debere* -- quæ limitare aſſerebant præcedentia, & deſignare illos tantùm, qui oculis corporeis legerentur ſupra expreſſi, quales erant Deſcendentes ab Alexandro Creſcentio, perſona nominanda, ejuſque pariter deſcendentes, & proximior in caſum non factæ nominationis; quæ duo priora genera evacuata jam fuerunt, & tertium proximioris non fuit purificatum, & per factam nominationem evanuit. Verumtamen ſubtilis hæc interpretatio apparentiæ aliquid externæ habet, nihil verò realis ſubſiſtentiæ, ac veritatis, & utroque claudicat pede, in ſuppoſito ſcilicet, & illatione.

Erroneum ſanè eſt ſuppoſitum, quia dicta verba -- *Sed apud filios, heredes &c. remanere &c.* -- poſita non fuerunt per modum rationis, & cauſæ, ut ſi dictum fuiſſet -- *Et hoc, quia Porta, & Præfectura permanere debent in filiis &c.* -- quo caſu aliquid operarentur, quia ratio ampliat, & reſtringit ad ſui terminos diſpoſitionem, cui adiicitur *Rot. cor. Seraphin. deciſ.* 883. *num.* 4. *&* 5. *& part.* 7. *recent. dec.* 15. *num.* 28. *& part.* 19. *tom.* 1. *dec.* 410. *n.* 14. *& tom.* 2. *dec.* 620. *num.* 11., ſed adjecta fuerunt ad ſimpliciter deſignandum effectum, & per modum cauſæ, ſeu cauſativè ſtat præcedens prohibitio devolutionis.

Æquè

Digitized by Google

Æquè clarus eſt error in illatione; nam quatenus dicta verba *ſed apud filios &c.* ſtarent cauſativè, & admittendo etiam aliud non verum ſuppoſitum, quòd ibi *heredes* accipi poſſent pro heredibus Sanguinis, iſti ſanè prælationem haberent, ſed ſine totali excluſione extraneorum in eorum defectum *Molin. de Hiſpan. Primogen. lib.1.cap.4.n.33.Knipſchild. de Fideicommiſ.Familiar. Nobil. cap.9. num.*108.*Torr. de Majorat. quæſt.*38. *num.*5. *tom.*2. *Rot. dec.*651. *num.*53. *& ſeqq. cor. Dunozet. jun.* Specialis quippe proviſio, ſive expreſſio, dant equidem prælationem, ſed non cauſant excluſionem eorum, qui ex ſupra diſpoſitis comprehenduntur, ſi ſe invicem compatiantur *Barboſ. axiom.* 107. *num.*19. quales in caſu noſtro ſunt extranei, de quorum vocatione ex tot adductis, & adducendis rationibus clarè patet; & ſemper attenditur potiùs cauſa, quæ latiùs patet, quàm effectus ad partem cauſæ referibilis *Caſtrenſ. conſ.*83. *num.*5. *lib.*2. *Soccin. jun. conſ.* 105. *num.*6. *Becc. conſ.*94. *n.*17. dum potentius eſt jus in cauſa, quàm in cauſato *Barboſ. axiom.*40. *num.*28. *verſ. At omne jus*, quæ ſanè axiomata procliviùs procedunt, ſi nulla adſit incompatibilitas inter generalem diſpoſitionem cauſativam, quæ etiam extraneos continet, & ſpecialem expreſſionem certarum perſonarum, dum hac ceſſante ſpeciali, illa generalis ſubintrat *Gabriel. conſil.*7. *num.*4. *Rota Lucen. penes Manſ. conſult.*40. *num.*61. *tom.*1., præcipuè verò quando adeſt, ut in hypotheſi, ad favorem extraneorum Juris Communis, & Statutarii diſpoſitio; quia hoc caſu abſolutiſſimum eſt, quòd ſpecialis proviſio hominis non facit ceſſare generalem proviſionem Legis, ſi una alteram non impediat *Rot. deciſ.*415. *num.*26. *part.*9. *recent. & dec.*22. *num.*21. *& ſeqq. coram Arguell.*, neque incluſio unius eſt excluſio alterius, qui aliunde includitur *Rota deciſ.*396. *num.*19. *cor. Merlin. dec.*28. *num.*13. *part.*9. *& dec.*498. *numer.* 18. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.* Contraria autem omnia procedunt, quando per poſterius ſuccedere volens, nullam habet, neque à lege, neque ab homine antecedentem vocationem, in quibus terminis non verſamur, ſed in oppoſitis expreſſæ & multiplicis vocationis extraneorum a Concedente, & a Legibus, ut dictum fuit. Simile extat exemplum in Jurepatronatus, quod ſi fuerit reſervatum pro certo genere perſonarum, puta pro deſcendentibus, vel agnatis, vel poſtea fiat ab herede agnatitium, aut gentilitium, aut miſtum, tale durat durantibus perſonis ſpecialiter contemplatis, & his defectis ad ſuam primævam hereditariam naturam revertitur juxta *Conſil. Ancar.*81. *Rota deciſ.*318. *num.*1. *cor. Priol. dec.*462. *num.*10. *part.*14. *deciſ.*667. *num.*11. *part.*18. *tom.*2. *recent. & inter Deciſ. Januen. Balduc. deciſ.*2. *num.*22. *& ſeqq. tit. de Legat. & Fideic. & in Romana Cappellaniæ* 25. *Novemb.*1705. §. *Addito*, *coram Anſald.* ſive non adſint, ſive etiam adſint dictiones taxativæ, & reſtrictivæ, quia tali

caſu

Digitized by Google

caſu taxativa verba reſolvuntur in demonſtrativa *Rota deciſ.*364. *&* 378. *utrobique num.*9. *coram Seraphin. deciſ.*581. *num.*4. *& ſeqq. coram Bich. & deciſ.*462. *num.*11. *& ſeqq. part.* 14. *recent.* Et quòd hæc de Jurepatronatus veriſſima, & receptiſſima, procedant etiam in Feudis, probant *Card. De Luc. de Feud. diſc.*44. *num.* 6. *& ſeqq. Rota deciſ.*651. *num.*21. *verſ. Nec proindè, coram Dunozet. jun.* Idemque ulteriùs confirmatur ab abſurdo, quod admiſſo contrario intellectu ſequeretur, ut ſcilicet prohibitio devolutionis quocunque caſu, facta per Pontificem ad Conceſſionis augumentum, operaretur ejus diminutionem *Barboſ. axiom.* 34. *num.*11. quod uti nunquam admittendum eſt in diſpoſitionibus privatorum, ſic multo minùs in Supremorum Principum Conceſſionibus tolerandum.

## A R T I C. XXI.

*Eadem verba*, Sed apud filios &c. *retorquentur, & extraneis favere oſtenduntur.*

OBjectionem, quæ plenè rejecta, & confutata fuit in præcedente Articulo, in hoc directè retorqueamus; deducendo ex illis verbis -- *Sed apud filios, heredes, & Succeſſores præfatos remanere debere* -- alia duo pro tranſitoria qualitate in extraneos *Fundamenta*, nempe *Vigeſimumnonum*, ex dictione *ſed*, quæ adverſatur ſolùm devolutioni, & in cæteris retinet, ac repetit eoſdem terminos præcedentes, eaſdemque perſonas, nimirum extraneos ſupra vocatos includit; quia talis dictionis natura eſt adverſari dumtaxat caſui, vel facto illi, ad cujus impedimentum apponitur, & in reliquis omnibus retinere, ac repetere idem thema, eoſdemque terminos totius præcedentis diſpoſitionis *Peregrin. de Fideicomm. art.*16. *n.*91. *Mareſcott. Variar. Reſolut. lib.*2. *reſolut.*94. *n.*68. *Gratian. diſcept. foren. cap.*539. *n.*25. *Cyriac. controv.*400. *n.*121. *Rota dec.*215. *n.*2. *cor. Buratt. dec.*669. *num.*10. *cor. Merlin. dec.*175. *num.*6. *& dec.*179. *num.*2. *poſt alium Merlin. de Legit.*

Necnon *Trigeſimum*, ex alia dictione *præfatos*, quæ repetit heredes, & Succeſſores extraneos, in præcedentibus verbis, totaque diſpoſitione pluries ac pluries contentos *Barboſ. dict.* 276. *num.*2. *& ſeqq. Rota dec.*1616. *num.*9. *cor. Coccin.* & in puncto *dec.*748. *num.*43. *cor. Dunoz. jun.*

## A R T I C. XXII.

*Rurſus intentio Extraneorum fundatur in dictis verbis* -- Sed apud filios, heredes, & Succeſſores præfatos remanere debere -- *uti excludentibus heredes Sanguinis, tunc extinctos; uti exprimentibus heredes, & Succeſſores, diſcretivè a deſcendentibus in prima parte negativa Decreti de non vacando nominatis; & uti* heredes *ſimpliciter*,

Digitized by Google

*ter, nunquam ſuperiùs expreſſos, & conſequenter extraneos, providè in aliorum defectum vocantibus.*

NON ſolùm duobus mox indicatis modis, ſed & aliis retorquentur prædicta verba -- *Sed apud filios &c.* -- nimirum primo, quia pendent a caſu, ſeu conditione illa immediatè præcedente -- *ac Portam, & Officium hujuſmodi per filiorum, & deſcendentium prædictorum mortem &c.* -- quæ ſanè conditio, ut ſupra probatum eſt, includit omnes deſcendentes, tam Alexandri Creſcentii, quàm perſonæ Nominandæ, eorumque multò magis ultimum, per cujus mortem impletur *Rota dec.* 274. *num.* 17. *& ſeqq. part.* 18. *tom.* 1. *recent.*, ideoque ſubſequens diſpoſitio de remanentia Portæ, & Præfecturæ *apud filios, heredes, & Succeſſores præfatos*, intelligi non poteſt de deſcendentibus ſupranominatis, qui ſupponuntur extincti; & ridiculum eſſet aſſerere, quòd Pontifex tam enixè devolutionem prohibuerit per mortem omnium deſcendentium eo conſilio, ut apud eoſdem, & ſic apud mortuos, Porta, & Præfectura remanerent; Undè ad hoc maximum evitandum abſurdum, fateri cogimur, non apud heredes Sanguinis, ſeu deſcendentes Portam, & Præfecturam remanere debere, ſed apud extraneos heredes; quales dumtaxat, (ut ſanè loqui credatur) potuit Pontifex intelligere: Et in hoc *Trigeſimum primum* Aſſumpti noſtri *Fundamentum* locamus.

Cui aptè adnectimus *Trigeſimum ſecundum* ex diſcretivo loquendi modo, quo idem Pontifex utitur, dum in parte negativa hujus Decreti de non vacando exprimit filios, & deſcendentes prædictos; in ſequenti verò parte affirmativa Portæ, & Præfecturæ remanentiam ſtatuit, non in deſcendentibus, quod ex dictis eſſet ridiculum, & abſurdum, ſed in heredibus, & ſucceſſoribus, pro quibus abſque dubio intellexit extraneos; quum certum ſit, diverſum loquendi modum in deſignandis perſonis, harum diverſitatem in animo loquentis oſtendere *Giovagnon. reſp.* 11. *num.* 19. *&* 20. *lib.* 2. *Hodiern. controv. cap.* 11. *n.* 68. *Rota part.* 18. *recentior. tom.* 2. *deciſ.* 274. *num.* 23. *&* 24. *& in Senogallien. Canonicatus* 25. *Januarii* 1709. §. *Et de facto. cor. R. P. D. Lancetta*.

*Trigeſimumtertium* addimus *Fundamentum*, retorquendo Adverſariorum objectum illud de referendis *filiis, heredibus, & Succeſſoribus* ad ſolos illos, qui ſupra oculis corporeis legi poſſunt, vigore relativæ dictionis *præfatos*, & ſic ad ſolos heredes, & Succeſſores Sanguinis; Et ponderando, quòd nunquam in præcedentibus verbis Juliani Brevis reperitur nomen *heredis*, quod proindè oculis corporeis legi non poteſt, & ideo legendum eſt oculis mentis, quibus malè leguntur heredes Sanguinis, qui ſupponuntur extincti, vel per mortem civilem, aut quodvis delictum de medio ſublati, & benè leguntur heredes extranei, qui ex tot urgentiſſimis

motivis ſupra probantur vocati. Hanc verò intelligentiam ſuadet ipſa neceſſitas, quia repugnat repetitio eorum, quorum ſupponitur defectus; & convenit verbum *heredes* referre ad extraneos, qui ex natura actus a Jure ſubintelliguntur, ut probavimus, & per æquipollentia verba fuerunt etiam expreſſi; & prudenter agendo, ut verba intentioni inſerviant, & non è contra, juxta notam regulam, de qua punctualiter *Fuſar. de Subſtit. quæſt.*338. *num.*43. *verſ. Tertiò verba. Cyriac. controv.*96. *num.*81. Sic etiam relativum *filiorum* nomen, non referibile ad filios Alexandri, aut perſonæ Nominandæ, ob modò inſinuatam, & inſanabilem repugnantiam ſuppoſitæ eorum extinctionis, optimè referemus ad filios extraneorum in progreſſu ſuccedere debentium, quotieſcunque jam factus fuerit novus ingreſſus in aliquam perſonam extraneam, & ſic deinceps in perpetuum, juxta ſuperiùs allatam, totique Brevis contextui convenientiſſimam diſtinctionem.

Denique retorquendo objectum in ipſa etiam judaica litera dicimus, & *Trigeſimumquartum Argumentum* fundamus, quòd non ſolùm in ſinonymis, quorum idem literalis eſt ſenſus, corporalem lectionem *heredum* habemus, tanquam incluſam in ſupra nominatis *Succeſſoribus*, quales verè, & literaliter ſunt *heredes*, juxta notam definitionem *Rebuff. in l. heredis appellatione verſ. Amplia ff. de V. ſignif. Fuſar. de Subſtit. quæſt.*339. *num.*14. *Dunozet. dicta deciſ.*748. *num.*4., & quales pro ſinonymis a Pontifice Julio habiti ſemper fuerunt, ut probavimus; Verùm etiam eandem præciſam oculis corporeis lectionem invenimus, dum relativa dictio illa *præfatos* immediatè adjacet poſt *Succeſſores*, quibus utì proximis referri debet, & maximè ad evitandam prædictam repugnantiam, prohibentem fieri relationem ad filios, & deſcendentes Alexandri Creſcentii, & perſonæ ab ultimo Nominandæ, qui ſupponuntur extincti, vel de medio ſublati; Et conſtat *Succeſſores poſterorum* ſupra fuiſſe nominatos, & ipſiſmet oculis corporalibus legi, eoſque eſſe omnino extraneos, ut ſuo loco fuit demonſtratum. Itaque dictio illa *præfatos* (in qua tantus factus fuit ſtrepitus pro reſtringenda devolutionis prohibitione ad caſum exiſtentiæ heredum Sanguinis, & ad declinandam ineluctabilem vim effrænatiſſimi Decreti de non vacando) relativa inquam prædicta dictio *præfatos* qualificabit, & determinabit ſolum ultimum verbum ſibi proximum *Succeſſores*, quod ſupra corporaliter legitur & cui ſoli propterea convenit; & remanebit verbum *heredes*, nunquam ſuperiùs nominatum abſque ulla relativa coarctatione in tota ſua amplitudine, & naturali ſignificatione, quæ etiam extraneos in perpetuum comprehendit; neque poterit ampliùs dici, adeſſe aliquam imaginabilem reſtrictionem ad ſupra expreſſos deſcendentes, ad quos limitandum ſit memoratum Decretum de non va-

can-

cando: Immo verò ejus effrænem, & latiſſimè patentem vim mirificè conſtabit augeri ex ſequentibus verbis, vel per modum cauſæ, vel per modum effectus adjectis, exprimentibus remanentiam Portæ & Præfecturæ apud *heredes* in caſum deficientiæ omnium aliorum vocatorum, & ſic cum maxima congruentia prohibitæ devolutioni quocunque modo, & cum præciſa providentia, & expreſſa declaratione, ad quos deferri debeant dictæ Porta & Præfectura omnibus vocatis deficientibus ( nec tamen illis vacantibus, aut devolvendis ) ad *heredes* nimirum, ibi unicè nominatos, eoſque per neceſſitatem ſuppoſitionis extraneos, quorum literalis vocationis neque certior, neque evidentior, neque inſuperabilior ratio inveniri poteſt.

## A R T I C. XXIII.

*Quando in Feudis, vel Officiis nomen* heredis *comprehendat ſolos heredes Sanguinis, & quando extraneos.*

CErtum Juris axioma eſt, quòd deficiente ſuppoſito, ſemper ceſſat propoſitum, ſeu diſpoſitum *Surd. conſ.* 179. *num.* 39. *Rota dec.* 240. *num.* 8. *part.* 16. *recent. & dec.* 69. *num.* 5. *cor. Card. Cerro*. Hinc magis patet inſubſiſtentia contrariæ jam funditus everſæ interpretationis, quæ ſupponit in Feudis, vel Officiis ratione ſubjectæ materiæ nomen *heredis* continere ſolos heredes Sanguinis, & maximè ſi præcedat nomen filiorum *Rota dec.* 845. *num.* 27. *& ſeqq. cor. Coccin.* Quia id procedit quando extranei Juris reſiſtentiam habent, vel quando electa fuit induſtria perſonæ, vel aliæ militant circumſtantiæ, reſtringentes Conceſſionem ad ſolos heredes Sanguinis, qualis erat caſus *dicta dec. cor. Coccin.*, in quo agebatur de Officio induſtriam perſonæ requirente, reſtricto ad ſolam Familiam de Frangipanis tunc extinctam, & de materia Juris reſiſtentiam habente, ac penitus differenti, in quo aſſumpto *Rota* principaliter pedem figit, admittens quoad indifferentia contrariam Sententiam. Quare quum in caſu noſtro, nedum nulla adſit Juris reſiſtentia, ſed multiplex aſſiſtentia, nulla adſit conſideratio perſonalis induſtriæ, nullæque adſint Circumſtantiæ reſtringentes vocationem ad ſolos Sanguinis heredes, immo verò plures adſint urgentiſſimæ, admiſſionem extraneorum neceſſariò ſuadentes, inter quas illa rem certiſſimam, & palpabilem pro extraneis conſtituit, quòd *heredes, & Succeſſores* nominati fuerunt poſt apertè declaratum, & præſuppoſitum defectum omnium heredum, & Succeſſorum Sanguinis: Ceſſat utique omne dubium quoad extraneorum admiſſionem, ut in longè durioribus terminis Conceſſionis merè feudalis, vel bonorum emphyteuticorum Eccleſiæ, quando ſcilicet aliqua de cauſa nomen *heredis* profertur in caſu, in quo locum habere nequit in heredibus



Digitized by Google

Sanguinis, vel quia vocati non ſint, vel haberi non poſſint, vel defeciſſe ſupponantur, ut in hypotheſi, tradunt *Peregrin. de Fideicom. art.* 32. *num.* 31. *verſ. In caſu ſcilicet. Fuſar. de Subſtit. quaſt.* 339. *num.* 44. *Theſaur. dec.* 146. *num.* 5. *Rota poſt Salgad. in Labyr. Credit. dec.* 79. *num.* 6.

## A R T I C. XXIV.

*Verba* heredes, & Succeſſores, *extenſivè & ampliativè poſita poſt deſcendentes, complectuntur extraneos.*

SED clarior ex verbis, Decretum de non vacando immediatè ſequentibus, quæ inducunt *extenſionem, & ampliationem*, deducitur præcedentium interpretatio, ex qua reſultat *Trigeſimumquintum* pro tranſitu in extraneos *Fundamentum*; quòd ſcilicet verba illa *heredes & Succeſſores* deſignent extraneos, nè omnino inutilia ſint, prout eſſent, ſi referrentur ad heredes Sanguinis, ſupra nominatim vocatos, & quorum proindè reſpectu nihil fuiſſet extenſum, aut ampliatum: Reprobata talium verborum contraria interpretatione, ut referantur ad præcedentes vocationes deſcendentium Alexandri Creſcentii, & perſonæ Nominandæ; per duplicem ſolidiſſimam reſponſionem; Quòd nimirum præfatis verbis *extenſionis, & ampliationis* juncta ſit dictio *bujuſmodi*, quæ relationem reſtringit ad magis proxima, & immediatè præcedentia *Federic. de Senis conſ.* 25. *num.* 4. *in fin. verſ. Reſpondeo, cum aliis apud Barboſ. dict.* 138. *num.* 2. & æquipollet dictioni *talis, vel tales Barboſ. ibid. num.* 4. *Calepin. in hoc verbo*, cujus vis eſt reſtringere diſpoſitionem ad proximè dicta, eademque ad oculum demonſtrare *Rota dec.* 319. *num.* 30. *part.* 6. *recent. & dec.* 822. *num.* 2. *coram Seraphin.* prout ita ipſa dictio *hujuſmodi* propriè ſonat, tanquam compoſita ex aliis duabus *hujus*, & *modi Calep. ibid.* notando pronomen *hujus*, quod ſemper deſignat rem proximè dictam, ut cuique patet ſcienti latinè ſcribere: Item quòd Pontifex hac ſemper dictione uti ſolet, quando relationem habet ad proximè dicta, & rem aliquam particularem refert; aliam vero diſcretivam dictionem adhibet, quum remotiora, & in univerſum diſpoſita indicat, appellando *prædicta*, vel *premiſſa*, cum conſtanti, & reſpectivè diſcretoin uno vel altero caſu loquendi uſu; applicando ad rem optimum argumentum a ſolito, de quo *Rota dec.* 451. *num.* 4. *part.* 18. *recent.*, & *alibi paſſim*.

## A R T I C. XXV.

*Improprium & inane demonſtratur objectum ex dictione* videlicet, *poſita inter nomina* heredum & Succeſſorum, *ac* primonatorum, *quaſi ex his illi explicentur*.

EXplananda nunc eſt ſequens pars illa Brevis Julii III., in qua refert ſuum quartum Chirographum, cui

Digitized by Google

cui occaſionem dedit conventio inter Octavium, & Alexandrum Fratres de Creſcentiis, quòd ſcilicet Alexander cederet Octavio penſionem ducatorum centum auri de Camera, ſibi ab eo præſtandam ex quodam Archipresbyteratu, quem ipſe Octavius obtinuit; hic verò cederet Alexandro medietatem juris, & emolumentorum ſuper Porta Flaminia. Hanc autem reciprocam Ceſſionem a ſe approbatam memorans Julius III., inter alia hæc habet verba -- *quinimmo integram Portam &c. tui, tuorumque heredum, & Succeſſorum prædictorum, videlicet primi nati tui, & ſic de primo nato ad primum natum gradatim, aliàs juxta Conceſſionis, & extenſionis, & ampliationis per nos, ut præfertur, in tui, & Auctorum tuorum prædictorum favorem hujuſmodi continentiam, & tenorem eſſe debere &c.* -- Oppoſitum ex his reſolvendum, & retorquendum eſt objectum, magno cum ſtrepitu exadverſo jactatum, & de more vaniſſimum, quòd nempè dictio illa *videlicet* intermedia declaret, *heredes & Succeſſores* accipi debere pro heredibus, & Succeſſoribus Sanguinis, ſeu deſcendentibus. Veruntamen talis contraria declaratio eſt nimis incongrua; Et quia excluderet perſonam Nominandam, ejus deſcendentes, & proximiorem expreſsè, & nominatim ſupra vocatos; ideoque tanquam nimis probans nihil probat *Rot. Lucen. apud Palm. dec.176. n.13. Rot. Florent. cor. Urceol. dec.32. num.23.* & quia occaſio limitata ad vitam Octavii Creſcentii renunciantis, & ad ſecuritatem Alexandri renunciatarii in fraterna portione, exigebat aliquos tantùm, & non omnes vocatos exprimi; Et quia demum expreſſa facta relatio ad univerſam præcedentem Conceſſionem in illis verbis -- *aliàs juxta Conceſſionis & extenſionis, & ampliationis &c. continentiam, & tenorem* -- adamuſſim repetit extraneos ibi contentos, & multipliciter vocatos *l. Axe toto ff. de hered. inſtit. cum aliis apud Barboſ. axiom.201. num.1. Rota dec.790. n.42. & 43. & dec.435. n.9. part.19. tom.2. recent.*, & argumentum retorquendo ad noſtrum favorem conſtituit *Fundamentum Trigeſimumſextum*, cum propria declaratione dictionis *videlicet*, ut ſtet demonſtrativè, & prælativè quoad deſcendentes, & non reſtrictivè, ſeu taxativè, optimè *Dec. conſ.47. num.4. Barboſ. dict. 423. num.2. & 3. Card. de Luc. de Fideicomm. in Summ. n.277.* Subſequente potiſſimùm dictione prædicta *aliàs*, quæ ſignificat alio pleniore modo, & per alios caſus, & perſonas rem exprimi in relato, quæve relationem ſtare facit ampliativè, & augumentativè ad expreſſa *Rota dec.367. num.5. cor. Dunozet. jun. & dec.26. num.64. cor. Card. Cerro.* Et quod magis eſt, continuativè ſtando ad dictionem *videlicet*, eique adnectendo univerſam continentiam, totumque relatum tenorem præcedentis ampliſſimæ, & extraneorum contentivæ Conceſſionis, includit in ea tranſlationem *pleni juris, Succeſſores poſterorum*, ampliſſi-

pliſſimum Decretum de non vacando, aliaque omnia vocationem quorumlibet extraneorum perfectiſſimè demonſtrantia; attenta præſertim clauſula *in omnibus, & per omnia*, paullo ſuperiùs expreſſa in eadem relatione ad totam Conceſſionem, cujus clauſulæ vis eſt, ut nihil de contentis in relato excludatur *Rota dec.429. num.2. & 3. part.2. & deciſ.450. num.11. part.19. tom.2. rec.* Quare mirandum planè eſt, quòd tantus & puerilis factus fuerit ſtrepitus, & tam magnum feſtum in objectione tam vana, immo & contrarium probante.

## A R T I C. XXVI.

*Geminationem perpetuitatis, adjecta præſertim rebus, ſeu realis, ſummopere extraneis favere.*

QUum in ſecunda parte quarti Chyrographi Julii III. Porta Flaminia a quibuſcunque oneribus *perpetuò* eximatur prægnantiſſimis formulis, & præſertim his verbis-*dictamque Portam &c. a quibuſvis &c. perpetuò exemptam fore, & eſſe decrevimus & declaravimus &c.*- Hinc alia duo pro extraneorum admiſſione argumenta naſcuntur, ideſt *Trigeſimumſeptimum*, ex geminatione, & triplicatione perpetuitatis, ut in noſtris terminis *Spad. conſ.182. n.2. lib. 3. Boſcol. de Succeſſ. in Feud. reſp.2. n.96. Rota apud Giovagnon. reſp.44. num.72. lib.2. & dec.286. num.4. part.3. recent.*

Et *Trigeſimumoctavum*, ex eo, quòd talis perpetuitas non reſpicit perſonas, ut indè dubium ſit, an ad limites durationis earum reſtringi debeat, nec ne; ſed eſt realiter ipſi Portæ adjecta, ac proindè tanquam realis includit quoſcunque Succeſſores etiam extraneos, tam particulares, quàm univerſales *Roſental. de Feud. cap.5. concl.85. n.5. Cyriac. contr.141. n.26. Ciarl. contr. cap.110. n.5. Menoch. præſumpt.103. n.26. & 45. lib.3. Donad. de Renunc. cap.24. n.2. Rot. in Salamantina Beneficii 20. Novemb.1684. §. Cenſuerunt. cor. Urſino.* Ex immunitatis verò perpetuitate, realitate, & reſpectivo in extraneos tranſitu, talem quoque eſſe ipſam Portam infertur, ob tales, eidem affixas qualitates; Nam qualitas rei adjecta, illam in naturam ſibi conformem transfert *Menoch. de Arbitr. quaſt.11. num.13. Mangil. de Imputat. quaſt.176. n.4. Gratian. diſcep.936. num.24.*

## A R T I C. XXVII.

*Ex demandata ſubrogatione alterius Portæ, ſi Flaminia deſtrueretur, cauſa onerosa, & perpetuum jus extraneorum probantur.*

EXpleta relatione, ſeu narratione præcedentium omnium Chyrographorum, tranſit Julius III. ad diſpoſitivam præſentis ultimi ſui Brevis, ubi in caſum tranſlationis, & conſtructionis in alio loco Portæ Flaminiæ mandat, & diſponit, *plenum jus in re, & ad rem* competere debere in Porta Subroga-

ga-

Digitized by Google

gata Alexandro Creſcentio, ejuſque *natis*, *& poſteris præfatis*, quorum appellatione intelligendi ſunt alii omnes, etiam extranei, præcedenter vocati, quos Pontifex hìc habuit pro ſinonymis cum *poſteris*, ut patet ex illa relatione ad præcedenter diſpoſita, & *poſteris præfatis* immediatè adjecta -- *aliàs juxta extenſionis*, *ampliationis*, *necnon conceſſionis*, *& aſſignationis prædictarum formulam* -- & ex qua declaratur nomine *poſterorum* intelligi omnes quoſcunque, & ſic etiam extraneos ſupra vocatos; attenta illa dictione *aliàs*, quæ eſt adverbium qualitatis, & æqualitatis expreſſivum, & ponitur pro *aliter*, aut *alio modo*, quod idem eſt ac ſinonyma exprimere, & pro iiſdem habere addendo ex alio quod uni deeſt, & ſupplendo referens ex relato *Barboſ. dict.16. num.*8. *&* 11., præcipuè verò quia deſcendentes Alexandri ſatis erant expreſſi per proximè antecedens verbum *Natis*. *l. Natorum* ibique *Rebuff.* §. *Alioquin foret ff. de verbor. ſignif.*, & maximè quia nomini *poſterorum* benè etiam convenit generalis ſignificatio omnium, qui indifferenter venturi ſunt, & qui *poſt* nos *erunt*, juxta propriam talis verbis ethymologiam, ut in uſu latini ſermonis, & etiam in ſenſu Juris ita accipi Scriptorum monumentis probatur, nimirum ex *Nizzol. in Obſervat. ad Ciceron. in V. Poſteri*. *Alexand. Scot. in Apparatu Latinæ locutionis eodem verbo*, *& Calepin. Calvin. in Lex. in V. Poſteritas*, & eſt *Text. in l.*1. *in princip. C. Communia de legat.* Ex dicta autem conſtruendę Portę eventuali, & remota Subrogatione, pro *Trigeſimonono* aſſumpti noſtri *Argumento* firmatur qualitas donationis remuneratoriæ, & Conceſſionis ex cauſa oneroſa, quæ ſunt ad quoſcunque tranſitoriæ, dum his dumtaxat convenit Subrogatio rei æquipollentis, ſi donata, aut conceſſa facto Principis, & etiam ex cauſa publicæ utilitatis deſtructa fuerit *Capyc. Latr. conſult.*38. *num.*9. *Gratian. cap.*891. *n.*13. *Cabed. dec. Luſit.*105. *n.*6. *part.*1.

## ARTIC. XXVIII.

*Pars etiam executiva Juliani Brevis extraneos adjuvat.*

Examinanda eſt ultimo loco pars executiva ejuſdem Brevis Julii III., ubi clauſulæ derogatoriæ Statuto Urbis intelligi debent de illis Statuti partibus, quæ Conceſſioni obſtarent, & non de ipſi faventibus, ut perperam nimis oppoſitum fuit: applicando aliàs inſinuatam regulam de inductis in favorem in odium non retorquendis, de qua *Rota deciſ.*651. *num.*26. *coram Dunozet. jun. & dec.*403. *num.*5. *coram Priolo*. Animadvertitur etiam, quòd Papa Executoribus mandat, ut defenſionis præſidio aſſiſtant Alexandro Creſcentio -- *ac eidem pro tempore exiſtenti primonato*, *& nominato* -- itaut dictio illa *pro tempore*, uti primonatorum, ita & nominatorum Succeſſivam pluralitatem oſten-

oſtendat, juncta dictione *&*, quæ utroſque pariformiter determinat *Rota deciſ.308. num.3. coram Ludoviſ. dec.349. num.14. part.19. rec.* & ſic clarum in extraneos tranſitum, conſtituendo in hoc ejus *Quadrageſimum Fundamentum*; Et huic adnectendo *Quadrageſimum primum*.

ex derogatione juri conferendi, Conſervatoribus competenti, auferendo ita omnem Regalitatem, & in purum Allodium concedendo, omnique ſublata devolutione, ut individualiter *Gratian. diſcept. forenſ. cap.580. n.9.*

# C A P. V.

## Vera, & legitima datur interpretatio duobus Brevibus S. M. Gregorii XIII., & ex utroque Portam Flaminiam, & Præfecturam Murorum ad heredes, & Succeſſores quoſcunque extraneos tranſitorias eſſe probatur.

### A R T I C. I.

*Gregorius XIII. ſciens, approbans, & confirmans Breve Julii III., heredes, & Succeſſores ſimpliciter ibi vocatos, declaravit eſſe Succeſſores quoſcunque, ſive extraneos, in ſequelam illius a ſe nominatos, quos etiam de novo ad Portam Flaminiam vocavit.*

EXpoſita Conceſſione Julii III., aggredimur nunc explicationem primi Brevis S. M. Gregorii XIII., qui certè habuit præciſam notitiam tenoris, quem in proœmio ad literam refert, Brevis Julii III., & apertè ſupponit, & declarat, appellatione *heredum*, & *Succeſſorum*, ſimpliciter utrobique nominatorum, & pro *Succeſſoribus quibuſcunque* a ſe inferiùs acceptorum, intelligi debere extraneos, quales citra dubium intellexit talis Doctiſſimus Pontifex, in materia Literarum Apoſtolicarum, earumque formulis, ob geſta in minoribus munera, verſatiſſimus, & olim Capitolii Judex, & ſic optimè informatus de Statuto Urbis eoſdem extraneos admittente, itaut credere non potuerit turpiter errando, Julianum Breve ſolos heredes Sanguinis continere juxta regulas Feudales, quæ locum habere poſſunt, quando ſit mentio Feudi, vel datur in Feudum, vel jure Feudi, quorum nihil in noſtris Conceſſionibus legitur; Secus verò in præſenti materia donationis, & ſimplicis Allodii, in qua nomina *heredum*, & *Succeſſorum* extraneos deſignant, ut ex hac, & aliis rationibus ſuo loco demonſtratum fuit, & modò repetitur pro majori vi Gregorianæ

Digitized by Google

næ declarationis, & pro *Quadrageſimo ſecundo* ſuſcepti Aſſumpti *Fundamento*.

Hic verò non eſt omittenda ſolutio cujuſdam Adverſariorum Sophiſmatis, quòd nempè Gregorianum Breve, licèt expreſsè, & geminatè continens *Succeſſores quoſcunque*, & ſic extraneos, hos tamen non admittat, aut vocet, tanquam merè Confirmatorium Brevis Julii III., in quo aſſerebant non eſſe comprehenſos. Tres autem dantur fallaciæ huic validiſſimæ reſponſiones; Prima quòd ex ſe Julius III. ſatis ſuperque extraneos vocat ex tot, tantiſque *Fundamentis*, id clarè probantibus, & in ſuperiore *Capite* allatis; Secunda, quòd ſuppoſita per diſcurſum aliqua dubietate Juliani Brevis, declarationem recipit extraneis favorabilem ab hoc primo Brevi Gregoriano illius Confirmatorio, de quo pariter ſatis ſuperque actum fuit *art.* 15. *cap. præcedenti*; Tertia, quòd in omnem caſum, quicquid dici poſſet de prima parte, certè in ſecunda hoc Gregorianum Breve extraneos apertè vocat, ut ſuo loco paullo inferiùs dicendum eſt *art.* 3.

## A R T I C. II.

*De diſpoſitiva Brevis Gregoriani, cujus prima pars confirmat ſimpliciter Julianum, eidemque vel ad declarationem prodeſt, vel ſaltem nocere non poteſt; Altera vero pars, repetitis illius formulis, Succeſſores ibi nominatos accipit pro Succeſſoribus quibuſcunque, & his ad cautelam de novo Portam Flaminiam indulget.*

Exacta breviter narrativa, ſequitur prima pars diſpoſitiva Brevis Gregoriani examinanda, quæ Conceſſionum Pauli III., & Julii III. meram continet Confirmationem; & per hanc certum eſt roborari dictas Conceſſiones, & non debilitari, ut ſumma injuria, & contra univerſalem conſuetudinem exadverſo prætendebatur. Cui vaniſſimæ aſſertioni reſponſio data fuit, quòd ita dicere, eſt de mendacio turpiter accuſare Romanum Pontificem, qui dicit in dicto Brevi -- *Quam autem ea majorem obtineant firmitatem, quæ ſæpiùs Apoſtolica fuerint auctoritate confirmata; Idcirco Nos &c.* -- Et quòd talia vociferari eſt per indirectum impedire aditum ad Papam, & reverentiam erga S. Sedem, nec non ejus notabilem proventum, ac ſe opponere univerſali conſuetudini hujuſmodi Confirmationes impetrandi, quam etiam magni Principes reverenter obſervant. Confirmationes quippe poſſunt ad ſummum aliquando inutiles eſſe, nunquam tamen Impetrantibus nocent, quo axiomate nihil eſt in Foro tam certum, atque vulgatum, ut omiſſis aliis, dixit in noſtris terminis *Rota dec.* 141. *num.* 23. *cor. ſan. mem. Alexand. VIII.*

Sequitur poſtea pars altera diſpoſitiva ejuſdem Gregoriani Brevis, cujus verba conjuncta proœmio, narrativæ, & ſubſequenti primæ diſ-

F po-

Digitized by Google

poſitionis parti merè Confirmatoriæ, oſtendunt Pontificem optimè informatum, talemque ſe profiteri, de Conceſſionibus Julii III., & præcipuè de ultima illa ampliſſima, continente novas perſonas, & de qua latè actum fuit ſupra *cap.*4. dum totam ferè illam, & quaſi de verbo ad verbum regiſtrat in narrativa; omiſſa verò quædam graviſſima, & extraneis ſummè faventia, ut *plenum jus, & Succeſſores poſterorum*, nominatim inſerit ſequenti ſui Brevis diſpoſitivæ, novæque Conceſſioni, ut nulla remaneat dubitatio perfectæ ejus notitiæ tenoris Juliani Brevis, omniumque verborum ejus, quod ſanè intentioni noſtræ, ut infra, plurimùm confert.

Voluit etiam Gregorius Conceſſionibus Julii majus robur adiicere, & ad abundantiorem cautelam declarare, in illis poſt deſcendentes Alexandri Creſcentii, perſonam Nominandam, ejuſque deſcendentes, & proximiorem, omnes nominatim vocatos, locum quoque eſſe Succeſſioni aliorum omnium extraneorum, & pro talibus ab eodem Julio acceptos fuiſſe *Succeſſores poſterorum*; idque optimè intelligendum dedit per illa diſpoſitionis verba — *Et nihilominus potiori pro cautela Portam præfatam cum omnibus &c. tibi, necnon natis tuis eorumque poſteris & deſcendentibus, & Succeſſoribus quibuſcunque, eiſdem auctoritate, & tenore perpetuò concedimus, & aſſignamus; Portamque præfatam ad te, & primo natum tuum, & ſic de primo nato &c. ſpectare, & pertinere; tuoque primo nato, & ſic de primo &c. in dicta Porta ex nunc plenum jus acquiſitum fore, & eſſe; tuumque primo natum & ſic Succeſſores poſterorum ad Portam hujuſmodi &c. admittendos, & recipiendos &c. Ac de Portæ juribus, & emolumentis tibi, ac primo nato, poſteris, deſcendentibus, & Succeſſoribus præfatis reſpondendum fore, & eſſe &c. Decernentes Confirmationem, approbationem, adjectionem, ſupplementum, novam Conceſſionem, aſſignationem, mandatum, & decretum, ac etiam præſentes Literas &c. de ſubreptionis &c. Sed tibi, ac natis poſteris, deſcendentibus, ac Succeſſoribus quibuſcunque in omnibus, & per omnia quoad vixerint, ſuffragari &c.* — Quo ſanè diſpoſitivo contextu nihil clarius haberi poteſt ad oſtendendum, *Succeſſores* ſimpliciter, & *Succeſſores poſterorum* a Julio vocatos, & hic a Gregorio repetitos, eſſe extraneos, quos etiam ad obviandum cavillationibus, ipſe Gregorius bis promiſcuè, & ſinonymè appellavit *Succeſſores quoſcunque*, ut extraneorum vocationem, a Julio & a ſe factam, incontrovertibilem redderet. Denique ad evitanda in prædictis æquivoca juris, & facti, ex adverſo conglobata, & nimis præjudicialem terminorum confuſionem, in proximo *Art.*3. facienda eſt caſuum diſtinctio, cum ſuis ad rem Juris Concluſionibus, earumque congruis ad factum applicationibus.

AR-

## ARTIC. III.

*De Confirmationibus in forma Communi, & in forma Specifica, quarum prima actui confirmato nihil addit, ſecunda novam inducit diſpoſitionem, cujus generis fuit præſens.*

Admittitur ergo regula generalis, quòd Confirmatio non egrediatur fines actus confirmati, ſi fuerit in forma Communi *Roſental.de Feud. cap.2. concluſ.24. n.5. verſ. Neque. Rota dec.267. num.1. cor. Gregor. dec.530. num.6. cor. Rembold. dec.309. num.14. part.15. dec.377. num.25. part.17.& dec.229. num.15. part.19. recent. & in Romana Canonum de Salviatis 9. Decemb.* 1707. *§.34. verſ. Minuſque. cor. Molines*. Secus ſi in forma Specifica, & ex certa Scientia, quia hæc habet vim diſpoſitionis *Rota dec.16. num.14. 15.& 16.poſt Conſtant. ad Stat. Urb.* cum aliis infra allegandis. Hæc autem regula, ſeu principalis Concluſio nobis non obſtat, quia vim non facimus in parte confirmativa Brevis Gregoriani, quæ ſolùm addit robur Conceſſioni Julianæ, exuberanti per ſe ad extraneos admittendos; Sed in parte ampliativa, incipiente -- *Et nihilominus potiori pro cautela &c.*

Ampliatur autem primò prædicta generalis regula, etiamſi Confirmatio novas perſonas continere videatur, ſi ad actum confirmatum omnimodam habeat relationem, quo caſu illius tenor attenditur, itaut novæ perſonæ per errorem additæ cenſeantur *Rota dec.450. n.2. & 3. part.19. tom.2. recent.* Deficit autem in hypotheſi talis primæ ampliationis applicatio, quia poſt abſolutam Confirmationis orationem, incipit ex integro nova diſpoſitio, per novæ orationis deſignativam particulam *Et nihilominus &c.*, quæ vel ſtat adverſativè ad ſimplicem jam exactam Confirmationem, de novo diſponendo; vel auget diſpoſitionem, eamque præciſam reddit; vel in ea contenta pro indubitatis declarat *Barboſ. dict.215. per tot. Gonzal. ad Regul.8. Cancell. §.7. Proæmii num.124. Rota dec.133. num.3. part.3. recent.* Seu veriùs hæc tria omnia amplectitur, dum in tota ſubſequente diſpoſitione nec minima quidem adeſt relatio ad antiquas Conceſſiones.

Ampliatur ſecundò prædicta communis regula, ut Confirmatio nihil addat, ſi idem ſit contextus, eademque oratio, & verba importantia novam Conceſſionem ſint acceſſoria, & per clauſulam Confirmationi adhærentem; neque Confirmans notitiam habeat tenoris actus confirmati *Rota dec.192. n.2. part.1. recent.*, quia intrat præſumptio erroris; Et in his terminis intelligi debent, & verè ſunt Auctoritates, quæ nobis fuerunt oppoſitæ, & aliàs ad rem non facientes, & a noſtro caſu omnino extraneæ, dum habemus novam orationem, & a parte confirmativa penitus dependentem; Undè oritur Aſſumpti no-



Digitized by Google

ſtri *Fundamentum Quadrageſimumtertium*, cui jungitur *Quadrageſimumquartum*, ob defectum cujuſlibet clauſulæ relativæ ad præcedentem Confirmationem.

Tertiò etiam ampliatur prædicta regula, ut pariter nihil de novo addat Confirmatio, etiamſi adſit clauſula *ex certa Scientia*, niſi conſtet de aliqua Papæ notitia ſaltem in genere, qua ceſſante Confirmatio ſemper dicitur in forma Communi, & ad actum confirmatum reſtringitur *Barboſ. clauſ. 59. num. 33. & 34. Rota dec. 185. num. 129. cor. Duran. & dec. 166. num. 9. & ſeqq. part. 5. recent.* Sed neque tertia hæc ampliatio ad rem facit, & ſuccedit potiùs regulæ limitatio, quòd nimirum ſi Confirmans habeat generalem quandam notitiam contentorum in actu confirmato, eaque ex narratis appareat, & concurrat clauſula *ex certa Scientia*, hæc ſanè operatur Juris effectum, declarationem ſcilicet eorum, quæ per ſenſum Juris tacitè exiſtunt in Diſpoſitione confirmata, & in Confirmante literaliter exprimuntur *Rota dec. 1763. num. 9. & 10. cor. Coccin. & dec. 166. num. 8. & 9. part. 5. recent.* Undè in hypotheſi quum Gregorius, nedum generaliter, ſed præciſè ſciverit omnia contenta in Conceſſionibus Julii, in quibus probatum fuit in toto *cap. 4. Succeſſores quoſcunque* in ſenſu Juris multipliciter contineri; clauſula *ex certa Scientia* talem operatur declarationem quoad eoſdem *Succeſſores quoſcunque*, quibus apertè Gregorius Portam Flaminiam conceſſit; Et talis declaratio Julianæ Conceſſionis quoad Portam, includit etiam Præfecturam, quæ ibi per eadem individua verba unitim conceſſa fuit, ut infra pleniùs dicetur, tribuitque nobis *Argumentum* pro extraneis *Quadrageſimumquintum*.

Non omittendo, quòd Gregorius in proœmio ſui Brevis ſuppoſuit Conceſſiones Julii comprehendere *heredes, & ſucceſſores* ſimpliciter -- ibi -- *dignè ducimur, ut ea, quæ a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ad tui, tuorumque natorum, heredum, & ſucceſſorum, tanquam de Sede Apoſtolica benè meritorum, commodum, & honorem conceſſa reperimus, noſtræ approbationis robore confirmemus* -- Ac proindè quum appellatione *heredum, & ſucceſſorum* ſimpliciter intelligantur *ſucceſſores quicunque*, ut alibi probatum fuit, horum utique poſterior præciſa expreſſio dicit Juris declarationem, ut in terminis terminantibus, quòd hæc præciſa verba -- *ſucceſſoribus quibuſcunque* -- appoſita a Papa in Confirmatione, declarent de ipſis intelligi debere verba Conceſſionis confirmatæ, firmat doctiſſimus *Altograd. Senconſ. 22. n. 7. verſ. Tertiò. lib. 1.* ubi in fine teſtatur ita judicatum fuiſſe. Idemque ſuadent verba -- *Et nihilominus potiori pro cautela*, quæ oſtendunt *ſucceſſores quoſcunque* paullo infra nominatos, comprehendi etiam in Conceſſione confirmata, & Confirmanti benè cognita, itaut non ex neceſſitate, ſed ad meram abundantiorem cautelam exprimantur,

qui

Digitized by Google

qui aliàs ſufficienter in ſenſu Juris vocati intelliguntur *Rota deciſ.*350. *num.*37. *coram Priol.* & in puncto pleniſſimè *deciſ.*748. *num.*51. *ad* 63. *cor. Dunozet. jun.* Quæ potens ratio noſtri *Argumentum* Aſſumpti *quadrageſimum ſextum* conſtituit.

Declarationi demum locus eſt adductæ regulæ generalis, quòd nimirum ſtantibus clauſulis *ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis*, una cum ſpeciali notitia actus confirmati, Confirmatio dicatur in forma Specifica, cujus effectus ſunt, ut actus confirmati fiat declaratio, & corroboratio; ejus vitia, & defectus, ſi qui adſunt, ſuppleantur; & quod ipſi additur, dicatur eſſe nova Conceſſio, ſi in ipſo actu confirmato, neque per viam declarationis inveniri id poſſit diſpoſitum, optimè & magiſtraliter, quem alii & *Rota* ſequuntur, *Dec. conſ.*341. *num.*7. *Ruin. conſ.*35. *num.*31. *verſ. Et ubi &c. vol.*1. *Card. De Luc. de Regal. deciſ.*198. *num.*2. *&* 3. *in Supplem. Rota dec.*192. *num.*2. *& per tot. & dec.*666. *num.*7. *part.*1. *dec.*672. *n.*5. *part.*2. *deciſ.*166. *num.*1. *part.*5. egregiè, & magiſtraliter *dec.*157. *n.*2. *& ſeqq. part.*6. *recent. dec.*1432. *n.*1. *cor. Seraphin. deciſ.*1573. *num.*16. *& ſeqq. cor. Coccin. dec.*17. *num.*37. *cor. Arguell. & in Romana Majoratus, & Primogenituræ de Cæſarinis* 17. *Junii* 1671. §. *Hinc nullius, & ſeqq. cor. Albergato*; eademque omnia benè approbat, & confirmat *D. Conſtant. ad Statut. Urb. in prælud. num.*51. 52. 53. 56. *& ſeqq.* qui fuit unus ex ſex Judicibus in hac Cauſa a Sanctiſſimo deputatis, & immemor eorum, quæ ſcripſerat, ipſe quoque contra nos pronunciavit. Quare ſi per malam hypotheſim ceſſaret caſus declarationis, immo apertæ comprehenſionis extraneorum in Conceſſione Julii III, ſemper quoad Portam Flaminiam procederet dictus tertius effectus, & ſemper ad eam *ſucceſſores quicunque* eſſent a Gregorio XIII., ſaltem de novo invitati; quorum proindè vocationis hoc *Quadrageſimumſeptimum* eſt *Fundamentum*.

## A R T I C. IV.

*Ponderantur plures formulæ Gregoriani Brevis pro totidem argumentis vocationis extraneorum?*

Alia quinque pro tranſitu in extraneos *Fundamenta* ex formulis Gregoriani Brevis educuntur, & ſunt in ordine

*Quadrageſimumoctavum*, ex repetitione ſaltem virtuali in ipſa nova Conceſſione clauſularum -- *motu proprio, ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine* --, quæ implicitè continentur in illis novæ Conceſſionis verbis -- *iiſdem auctoritate, & tenore perpetuò concedimus* --, auctoritate inquam *eadem*, hoc eſt Apoſtolica, plenitudinem poteſtatis exercente, & procedente *motu proprio, & ex certa ſcientia*, qualis ſupra dicta fuit, & qualis eſſe debet, ut *eadem* a Pontifice dici poſſit; Et ſic etiam *eodem tenore*, hoc eſt ordine, progreſſu, ac diſpoſitio-

Digitized by Google

tionum ſerie, quæ proindè quum hìc nominatim contineat *ſucceſſores quoſcunque*, eos utique contentos fuiſſe declarat Pontifex in Confirmatione præcedente, cujus *eandem* dicit *tenorem*, & ſic etiam in Conceſſione Julii, a ſe confirmata, ad cujus limites Confirmatio intelligitur, ut in puncto de verbis — *Succeſſoribus quibuſcunque* — poſitis in Conceſſione Confirmante, & eo modo intelligendis in Confirmata, quia Pontifex eodem modo concedere profeſſus fuerat *Rota d. deciſ.*748. *n.* 52. *verſ. Quapropter. coram Dunoz. jun.*

Item *Quadrageſimumnonum*, ex quo Gregorius diſpoſita in ſuo Brevi appellavit *adjectionem*, & *ſupplementum*, & ſic demonſtravit, *Succeſſores quoſcunque* a ſe fuiſſe nominatos, tam per viam declarationis Juliani Brevis, quàm per viam novæ diſpoſitionis. *Adjectio* enim propriè fit ad declarationem, ſi termini eam patiantur, aliàs novam importat diſpoſitionem *Roman. conſ.* 45. *num.* 1. & *per tot. Alexand. conſ.* 13. *num.* 18. *lib.* 3. Et utrumque pariter ſenſum habet *Suppletio*, quæ ſtat declarativè, ſupplendo nimirum ſola verba, & propria nomina *Succeſſorum quorumcunque*, in Conceſſione Julii omiſſa, & ſufficienter in ea per æquipollens multipliciter contenta. Nam & in verbis *Suppletio* datur, exemplo æquitatis, quæ non alterat, ſed apertiorem facit legis ſenſum, & ſupplet quæ ſcripto deſunt *Harprecſt. in* §. *Sine ſcripto* 9. *Inſtit. de jure natur. gent. & civ. num.* 54. & Ego ipſe, qui hæc ſcribo in *Element. Jur. Civil. lib.* 1. *cap.* 6. *de aequitate, in princip.* Et rurſus idem verbum *Suppletio* ſignificat etiam augumentum, novamque diſpoſitionem ut ex *l. quod in bonis* §. *fin. ff. ad leg. Falcid.* probat *Calvin. in Lexic. in verbo Supplere*.

Item *Quinquageſimum*, quia Gregorius eaſdem, quas Julius, adhibuit formulas, repetendo illa verba — *Spectare*, & *pertinere*, *plenum jus acquiſitum fore &c. tuumque primonatum*, & *ſic Succeſſores poſterorum* —, ac proindè declaravit in dictis formulis contineri *Succeſſores quoſcunque*, a ſe paullo ante, & paullo poſt in eodem propoſito nominatos, ut optimè ad propoſitum *Rota* in ſæpè allegata *deciſ.* 748. *n.* 52. *cor. Dunozet. jun.* Et talis declarationis pinguior eſt effectus, quia operatur etiam quoad Præfecturam, de qua unico verborum contextu una cum Porta diſpoſuit Julius.

Item *Quinquageſimum primum*, ex eo, quòd quatenus per ideale ſuppoſitum non eſſet locus declarationi, verba illa *novas Conceſſionem*, & *aſſignationem*, utique novam facerent Conceſſionem pro *Succeſſoribus quibuſcunque* expreſsè, nominatim, & bis vocatis; itaut principaliter intellexerit Gregorius declarare in Brevi Julii vocatos fuiſſe *Succeſſores quoſcunque*, & ſubſidiariè tantùm, ſive ad cautelam illos de novo invitare, quatenus per imaginarias ſubtilitates, & abſonos intellectus prætenderetur a potentiore Cameralium Parte, Julianum Breve



Digitized by Google

ve declarationem non recipere, quo caſu novam Pontifex intellexit facere Conceſſionem *Dec. Sicul. penes Card. de Luc. de Feud. num.6. Rota dec.17. num.1. & 2. part.2. cor. Verall.*

Ac demum *Quinquageſimum ſecundum*, ex illis verbis-- *ac de Portæ juribus, & emolumentis prædictis tibi, ac primonato, poſteris, deſcendentibus, & Succeſſoribus præfatis* (hoc eſt Succeſſoribus poſterorum, & Succeſſoribus quibuſcunque, ad quos promiſcua, & ſinonyma iſthæc relatio habetur) *reſpondendum fore, & eſſe decernimus* --, quod ſanè ultimum verbum jus antiquum pro extraneis declarat ex Conceſſione Julii, indicando in hoc exercitium ſupremæ judicialis poteſtatis, quo utitur Pontifex *decernendo*, hoc eſt ſuper dubiis verbis Julianæ Conceſſionis declaratorium decretum interponendo; Et ſimul in ſubſidium idem verbum *decernimus* novum jus favore *Succeſſorem quorumcunque*, ſive extraneorum inducit, prout utramque ſignificationem verbi *decernimus* animadvertit *Barboſ. dict.79. num.2.*, & in puncto *Rota dicta dec.748. num.30. in fin. cor. Dunozet. jun.*

## ARTIC. V.

Heredibus, *aut* Succeſſoribus quibuſcunque *vocatis, ſemper extranei veniunt, etiam in materia differente, & reſiſtente Jure, multoque magis Jure aſſiſtente, etſi verba* heredibus, & Succeſſoribus *ſtent neceſſariò ſubſtantivè, ut in hac ſpecie*.

QUoniam in Superiore Articulo a nobis ſuppoſitum pro certo fuit, verba illa Gregoriani Brevis -- *Tibi, nec non natis tuis, eorumque poſteris, deſcendentibus, & Succeſſoribus quibuſcunque, eiſdem auctoritate, & tenore perpetuò Concedimus, & aſſignamus* -- clarè comprehendere extraneos quoſlibet, vigore illius geminatæ particulæ *Succeſſoribus quibuſcunque*; Et quia miſeranda experientia nos docuit, certiſſima quæque in facto, & in jure, & juxta laudabilem Curiæ Romanæ ſtylum præſupponi ſolita, non ſolùm in controverſiam, ſed quodammodo in contumeliam, & deriſionem deducta fuiſſe, id agente Defenſorum utriuſque Cameræ animoſitate: Ideo futurum operæ cenſuimus pretium, prædictam inconcuſſam, & ubique receptam, ac præſertim Romæ, Concluſionem examinare, ejuſque incontrovertibilem veritatem oſtendere, ad hoc ſaltem ut ſciant docti omnes probique Juris Conſulti, quibus dicatur hoc opus, quomodo nobiſcum actum fuerit, ut cogamur illa etiam, quæ ſunt ab omnibus etiam Curiæ Tyronibus pro certiſſimis habita, diſputare, & probare. Non obſtante enim antiquorum Doctorum aliqua altercatione, poſt tres *Rot. Rom. Deciſ.* in celebri *Sarſinaten. Fendi cor. Dunozet. jun.748. & 760. & cor. S.M. Alexand. VIII. 265.* & rem judicatam,

Digitized by Google

tam, ſuum effectum ſortitam contra R. Cameram Apoſtolicam, non eſt ampliùs in Curia Romana diſputabilis Concluſio, quòd vocatis *heredibus*, vel *Succeſſoribus quibuſcunque*, ſuccedere debeant penitus extranei; Et nihilominus ad removendum fatale hujus Cauſæ infortunium, tollendamque confuſionem, quæ cauſam dedit, ut hæc aliæque veriſſimæ juris Concluſiones non attenderentur, & pro veris, & applicabilibus acciperentur propoſitiones, vel communiter reprobatæ, vel ad rem non facientes; propterea nec inutile, nec etiam non neceſſarium duximus dictæ certiſſimæ veritati fidem adſtruere. Hoc autem ut luculentiùs agatur, tres præmittuntur animadverſiones, nimirum

Primò, quòd Auctoritates firmantes pro *Succeſſoribus quibuſcunque* intelligi extraneos quoſlibet; loquuntur in terminis longè durioribus Feudorum, & Officiorum de Jure communi, & Emphytheuſis Eccleſiaſticæ, Juris reſiſtentiam habentium, undè multo magis determinant pro extraneis caſum noſtrum, qui habet pro ſe utriuſque Juris tam Municipalis, quàm Communis aſſiſtentiam, & ſimplicem continet donationem, nullumque habet verbum, quod per mille juga boum ad Feudalitatem trahi poſſit, ut optimè *Rota dec.*250. *num.*2. *cor. Coccin. & dec.*586. *num.*18. *cor. Bich.* dum aliàs ſufficit materiam eſſe indifferentem, in qua ſi fiat Conceſſio *filiis, & heredibus, vel Succeſſoribus*, etiam ſimpliciter, & ſine adjectione *quibuſcunque*, extranei veniunt, vigore dictionis *&*, quæ illos quoque complectitur *Barboſ. dict.*110. *num.*34. cum aliis alio loco allegatis.

Secundò præmittitur, quòd in dicta *Sarſinaten. Feudi* caſus erat aliqualiter diſputabilis, tam ex conjecturis, quàm ex eo quòd verba illa *Succeſſoribus quibuſcunque*, intelligenda eſſe prætendebatur a Cameralibus tanquam adjectiva ad præcedenter nominatos filios, vel deſcendentes; in caſu autem noſtro nec aliquæ militant contra nos conjecturæ, immo & plurima urgent pro nobis argumenta; neque adjectivè, quod eſt eorum *Quinquageſimumtertium*, ſtare poſſunt verba -- *Tibi, nec non natis tuis eorumque poſteris, deſcendentibus, & Succeſſoribus quibuſcunque* --, ſed neceſſariò pro ſubſtantivis habenda ſunt, quia dependentiam, & connexionem pariformis orationis non habent cum primis verbis *natis tuis*, ſed immediatè adjecto orationem inflectente & variante verbo *eorumque*, utique ſtatim ſequentia -- *poſteris, deſcendentibus, & Succeſſoribus quibuſcunque* -- ſubſtantiva omnia ſunt, & ſi pro adjectivis accipi vellent, ſubſtantivo per idem ablativum declinando carerent, quod nullo modo eſſe poteſt.

Tertiò præmittendum eſt, quòd tota vis conſiſtit in effrænata efficacia dictionis *quibuſcunque*, ſive adjecta ſit *heredibus*, ſive *Succeſſoribus*, quo ſecundo caſu, qui noſter eſt, lon-

Digitized by Google

longè clarior extraneorum eſt comprehenſio. Ad cujus veritatis confirmationem innumera Doctorum, & Tribunalium placita adduci poſſent, ſed ad evitandam inanem chartarum repletionem in re clariſſima, ſufficere poſſunt jam allegatæ tres magiſtrales *Deciſiones in dicta Sarſinaten. Feudi cor. Dunozet. jun.*748. *&* 760. *& cor. S. M. Ottobon.*265.

His præmiſſis, & congruè facto applicatis, res ipſa per ſe clamat, & pro extraneorum quorumlibet perpetua Succeſſione, omnia dubitationis veſtigia ceſſare debent.

## A R T I C. VI.

*Tria ſolvuntur objecta quoad Breve Gregorianum excitata, quòd ſcilicet agat de Porta, & non de Præfectura; Quòd pro* heredibus, & Succeſſoribus quibuſcunque *intellexerit deſcendentes ex fœminis, & tranſverſales; & quòd per errorem dicta particula adjecta fuerit.*

ANtequam reliqua pars Gregoriani Brevis exponatur, opportunum creditur reſolvere oppoſitiones quaſdam Contrariarum Partium, quas fecerunt Cauſæ inſervientes earum Defenſores, ad declinandam inſuperabilem vim Conceſſionis factæ etiam *Succeſſoribus quibuſcunque*, cujus efficaciam evadere non poſſe putaverunt ſaltem quoad Portam, & ingenuè, & unanimiter ( ut nobis certò conſtat ) confeſſi fuerunt in Congreſſibus habitis pro directione Cauſæ, cujus defenſionem deſperatam exiſtimantes, victoriam nihilominus obtinuerunt.

Prima igitur objectio fuit, quòd prædictum Breve Gregorii XIII. contineat dumtaxat novam Conceſſionem quoad Portam, non autem declarationem Brevis Julii III. etiam quoad Præfecturam, quia nulla adſint verba animum declarandi præſeferentia. Sed quàm vana ſit hujuſmodi aſſertio, nedum oſtendunt verba *decernimus, adjectionis, & ſuppletionis*, quibus ineſſe declarativam vim ſupra probavimus, ſed apertiſſimè conſtat ex clauſula illa -- *Et nihilominus potiori pro Cautela &c.* -- cujus nulla alia ſignificatio eſſe poteſt, nullumque aliud ſuppoſitum. Quum enim nihil aliud *Cautela* ſit, ſive *cautio*, pro qua non ſemel in uſu Romani Juris accipitur, *Calvin. in Lexic. in V. Cautela, ſive Cautio*, quàm abundantior rei fides, providentia, aut ſecuritas, quæ ſupponit præcedentem ineſſe obligationem, certam quidem in ſe ac ſufficientem, ut aliàs probatum fuit, ſed non ita apertam, & claram, ut aliqua tergiverſatione eludi nequeat, ſuoque fruſtrari effectu; hinc eſt quòd Pontifex dum dixit *potiore pro cautela* Portam concedere *Succeſſoribus quibuſcunque*, & ſufficientem ipſis Conceſſionem fuiſſe factam ſuppoſuit, ac declaravit; & ad tollendam omnem dubietatem, apertioribus verbis voluit exprimere, juxta laudatas Auctoritates paullo ſuperiùs *art.* 3. Idque ipſum feciſſe eo magis di-

G cen-

Digitized by Google

cendum eſt, quia *cautela* appoſuit etiam adjectivum *potiori*, quod utì comparativum, ſupponit poſitivum *Surd. dec.65.num.12. Rota deciſ.1804. num.3. cor. Coccin.*, idemque dumtaxat auget, certiuſque reddit, quaſi comparativè dictum fuerit pro *meliori*, *ampliori*, *potentiori cautela*. (nam adjectivum *potior* eſſe comparativum probat *Calepin. in tali Verbo*) & intelligere debeamus, vocationi *Succeſſorum quorumcunque* benè, ac potenter fuiſſe cautum per Breve Julii III., ſed meliùs, ac potentiùs cavendum eſſe per certam, magis explicitam, literalemque vocationem, cum *potiori* ſcilicet *Cautela*, non quòd *cautela* deeſſet, eaque potens, atque ſufficiens, ſed cum ampliore, atque apertiore, quæ talis dici non potuiſſet, niſi ſuppoſitum fuiſſet a Pontifice, & cautelam præcedenter adfuiſſe, & bonam ſufficientemque, cui proindè melior, aut *potior* addi poſſet.

Altera fuit objectio, quòd verba *Succeſſoribus quibuſcunque* operativa ſint intra latitudinem heredum Sanguinis, deſcendentium ſcilicet ex fœminis, & transverſalium. Cui prima datur reſponſio, quòd nimis in Jure eſt abſurdum inter heredes Sanguinis ponere tranſverſales, quum ſoli veniant deſcendentes, ut cuique notum eſt; Et quatenus id verum eſſe poſſet, nos dicta qualitate non caremus, tanquam ab nepotes Deodatæ Urſinæ, cujus erat frater Fabritius Senior de Urſinis avus Fabritii junioris ultimi poſſeſſoris Portæ, & Præfecturæ, quibus proindè nos cognatione jungi eſt indubitatum; ſed nolentes malè fundatis motivis uti, licèt per Adverſarios inadvertenter admiſſis; Et ulteriùs animadvertentes dictam oppoſitionem, prò Succeſſoribus quibuſcunque Sanguinis recipientem omnes deſcendentes ex fœminis, omneſque tranſverſales, & implicitè etiam aſcendentes, utì potiores tranſverſalibus, continere omnia genera Succeſſorum univerſalium ab inteſtato, & illos ex teſtamento, tanquam melioris conditionis, & a Lege prælatos, excludere non poſſe, ſaltem ſi inter Cognatos ſucceſſibiles fiat; utique poſſemus ultrò contrariam propoſitionem admittere, utì conformem ferè in omnibus Aſſumpto noſtro, & cum ſola differentia excluſionis Succeſſorum particularium, quæ in hypotheſi nihil obſtaret. Sed bona fide procedentes, & veritatem amantes, acquieſcerè dicto evidenti Juris errori non poſſumus, etiam nobis proficuo; Et quoad comprehenſionem deſcendentium ex fœminis, in quibus terminis fallax quidem propoſitio eſt, ſed minùs inepta, dicimus quòd eſt refricare objectum illud, quod faciunt reprobatæ ſententiæ Sectatores, quos ex profeſſo reiicit *Rota in d. Sarſinaten. Feudi coram Dunozet. & Ottobon.* in durioribus terminis materiæ feudalis, in qua non ſumus. Secunda datur reſponſio, ex clauſulis *motu proprio*, *ex certa ſcientia*, *& de plenitudine poteſtatis*, quæ operantur ut dictio *quibuſcunque* accipiatur in potentiori ſignifica-



Digitized by Google

ficatu, & comprehendat extraneos *Cap. Si pluribus* 24. *de præbend. & dignit. in* 6. *Natta conſ.*340. *n.*6. & in puncto *Rota d. dec.*265. *n.*28. 29. *&* 30. *cor. S. M. Alexand. XIII.*, pro quorum vocatione hoc eſt non leve argumentum, & nobis in ordine *Quinquageſimumquartum*.

Tertium denique objectum fuit, quòd Uerba *Succeſſoribus quibuſcunque* per errorem addita fuerint in Brevi Gregoriano, tanquam merè Confirmatorio Brevis Juliani, quod illos (ut ajebant) non continet: Et fuit reſponſum, quòd Gregorius errare non potuit in facto, dum retulit ſubſtantiam, & verba ipſa Julianæ Conceſſionis prout jacent, neque eam reputavit ampliorem, quàm verè ſit, neque ſe ad eam omnimodè retulit, ut fuiſſet neceſſarium ad præſumendum errorem; multoque minùs errare potuit in Jure homo, qui utì privatus erat doctiſſimus, & tot viderat in Brevi Juliano demonſtrationes pro extraneorum vocatione, & ſpecialiter tremendum illud Decretum de non vacando; & tanquam Pontifex habebat, juxta communem traditionem, omnia Jura in ſcrinio pectoris, undè erroris in eo quælibet excluditur poſſibilitas, ut in terminis *Rota dicta deciſ.*748. *num.*64. *in fin. coram Dunozet. jun.* Et quatenus per impoſſibile Juris error daretur, id, utì neminem, multo minùs Summum Pontificem excuſaret, juxta receptam praxim, quòd ſi Papæ vera in facto ſupplicatio porrecta fuerit, quæ contineat errorem Juris, puta quòd proviſio eſſet devoluta, ſubreptio adeſſe non dicitur, neque Gratia vitiatur, quia Papa non poteſt decipi in iis, quæ Juris ſunt *Gonzal. ad Regul.*8. *Cancell. in præfat.* §.4. *num.*82. *&* 83. *Rota dec.* 536. *num.*5. *part.*19. *tom.*2. *recent.* Quanquam non deſunt demonſtrationes cujuslibet erroris excluſivæ, qualis eſt geminatio verborum *Succeſſoribus quibuſcunque*, bis quidem præciſa, & expreſſa, & quinquies tacita, & relativa per dictiones *prædictis, aut præfatis*; Undè nobis *Quinquageſimumquintum* inſurgit *Argumentum*, ob majorem geminationis efficaciam, quæ verba determinat in ampliore ſignificatu, & oſtendit majorem & firmiorem animi deliberationem, omnemque erroris ſuſpicionem tollit *Gratian. diſcept. forenſ. cap.*651. *num.*6. *& cap.*737. *n.* 4. *Rota dec.*306. *num.*14. *cor. Bich. & dec.*226. *n.*7. *part.*19. *recent.* & punctualiter *deciſ.*626. *n.*5. *part.*2. Concurrente potiſſimùm præſumptione erroris excluſiva, niſi certis & concludentiſſimis probationibus demonſtretur, & maximè in facto proprio ipſius Papæ *l. cum de indebito* §. *fin. ff. de probat. Rota coram Duran. dec.* 337. *num.*30. *& ſeqq.* Adjectiſque clauſulis *ex certa ſcientia*, *& de mera deliberatione*, quæ quaslibet imaginabiles erroris, ſi quæ adeſſent, præſumptiones de medio tollunt *Barboſ. clauſ.*59. *num.*25. *Angel. de Confeſſ. lib.*3. *quæſt.*22. *num.*6. & alia efficaciſſima, quam ipſe Gregorius appoſuit, *ne poſſent ejus Literæ ullo unquam tempore de intentionis ſuæ de-*

*fectu notari*, dum certum eſt, errorem idem omnino eſſe, ac intentionis defectum *l. ſi per errorem* 15. *ff. de juriſdict. omn. judic.* Cæterùm ſi admitteretur de facili, & ſine certis probationibus allegatio erroris, jam de omnibus juridicis documentis actum eſſet.

## A R T I C. VII.

*De admiſſione extraneorum in ingreſſu cum Succeſſivo ordine primogeniali in progreſſu, & de particula* quoad vixerit, *non impediente perpetuam extraneorum Succeſſionem.*

POſtquam mandavit Gregorius, ſuum Breve non poſſe de intentionis Pontificiæ defectu notari, ſtatim ſubdit eaſdemLiteras ſuas--*Tibi* (Alexandro nimirum Creſcentio) *ac Natis, Poſteris, Deſcendentibus & Succeſſoribus quibuſcunque in omnibus, & per omnia, quoad vixerint, ſuffragari*--ubi eſt notandum pro Quinquageſimoſexto Aſſumpti noſtri *Argumento*, quòd nullam adhibuit dictionem relativam *tuis*, vel *eorum*; & conſequenter verba *Succeſſoribus quibuſcunque* ſtare voluit neceſſariò per modum ſubſtantivi, & tanquam indefinitè prolata, qualificare non ſolùm deſcendentes Alexandri, & perſonæ ab ultimo Nominandæ, ſed etiam illis extinctis exprimere, & invitare natos, poſteros, & deſcendentes *cujuſcunque Succeſſoris*, cum facultate diſponendi, & extraneorum admiſſione in ingreſſu donec extiterint poſteri, & deſcendentes maſculi ex linea maſculina primi extranei admiſſi, & ſic de ſingulis deinceps in infinitum. Cujus quidem Succeſſorii ordinis demonſtrationes graviſſimæ, ſunt nimirum ſequentes.

Prima quòd tam in Brevi Juliano, quàm in hoc Gregoriano promiſcua ſemper ſit mentio primi nati, de primo nato ad primum natum, poſterorum, deſcendentium, & ſimul extraneorum, qualis quum apertè ſit perſona ad arbitrium ultimi nominanda, ejus ſtatim invitantur primogeniti deſcendentes, & non facta nominatione proximior, alius nempè extraneus, poſt quem vocatos ejus deſcendentes eodem primogeniali ordine dicere debemus, ob volitam, ac pluries inſinuatam perpetuitatem, quæ nota eſſe ſolet Succeſſivi ordinis de patre in filium, & inducit ordinis primogenialis repetitionem *Torr. de Succeſſ. in Majorat. ſive apud eum Rota Januen. dec.* 17. *num.* 154. *part.* 3. *Fontanell. dec.* 32. *num.* 11. & ob ſæpè repetitam qualitatem primogenialem in primis nominatim datis ſuccedentium Ordinibus, & ſic claram affectionem ad primogenitos deſcendentes tam Alexandri Creſcenti primi Conceſſionarii, quàm primi extranei, hoc eſt perſonæ Nominandæ, itaut repetitus tacitè dici debeat, ex eodem affectionis & perpetuitatis motivo, idem deſcendenſivus & primogenialis ordo in poſteris, & deſcendentibus ſecundæ perſonæ extraneæ ſpecialiter vocatæ, proximioris ſcilicet in caſum

non

Digitized by Google

non factæ nominationis *Torr. de Majorat. part.1. cap.41. §.7. num.88. pag.268. Rot. Florent. apud Eum part. 3. dec.1. num.12.* eodemque modo quoad alios extraneos ad Succeſſionem invitatos ex tot adductis rationibus, & ſingulariter ex vocatis indefinitè, & abſque ulla temporis & perſonarum reſtrictione *Succeſſoribus poſterorum ;* ex Decreto illo ampliſſimo de non vacando, & prohibitæ devolutionis *per mortem civilem , & naturalem , aut quodvis delictum ,* omnium, & quorumlibet deſcendentium Alexandri, & perſonæ Nominandæ, *ſeu quocunque alio modo ;* Necnon ex delata Succeſſione, quæ nunc examinatur, per plures vices *Succeſſoribus quibuſcunque ,* in quorum proinde ſingulorum deſcendentibus prædicta primogenialis Succeſſio in progreſſu ordinata cenſeri debet, & ſic deinceps, juxta propoſitionem a Doctoribus, & Tribunalibus receptam, quòd ordo primogenituræ, primis ſubſtitutionum gradibus, ſive ordinibus datus, repetitus in ſequentibus cenſeatur, juxta ſuperiùs adductas Auctoritates: Attento præſertim mox inſinuato motivo perpetuitatis, quæ uti ordinem primogenialem præfefert, ita & vocationi extraneorum maximè convenit, & hanc cum illo conjungit, itaut dici non poſſit aliquid propriè eſſe perpetuum, niſi ſubrogentur extranei toties quoties occaſio detur extinctionis alicujus deſcendentiæ *Boſcol. de Succeſſ. in Feud. & Emphyth. reſp.2. numer.97. apud Torr. de Majorat. part.2. pag.490.*

Prædictæ primæ demonſtrationi æquè potens adſtipulatur ſecunda, ex illis Brevis Juliani verbis -- *tuumque primo natum , & ſic Succeſſores poſterorum, ſive Nominandi hujuſmodi primo natum &c. admittendos , & recipiendos &c.* -- dum invitato primogenito in infinitum ex deſcendentibus Alexandri per illam particulam -- *tuumque primonatum* -- cujus nomine admiſſionem decerni omnium Primogenitorum deſcendentium ab eodem Alexandro ambigi nequit, ſtatim proſequitur -- *& ſic Succeſſores poſterorum* -- hoc eſt ſingulos Succeſſores [ quos probavimus & litera oſtendit eſſe extraneos ] uti vocatos evacuatis poſteris, ſeu deſcendentibus, quibus ſanè extraneis, ſi nullo ſpeciali dato ordine ſuccedere deberent, non conveniret dictio illa *& ſic*, quæ eſt repetitiva qualitatum proximè expreſſarum *Barboſ. dict.114. num.2. & 3.* quæ ſunt *nati*, ideſt filii, & deſcendentes, & *primi*, ſeu primogeniti, quas ideo repetere præfatam dictionem *& ſic*, ut ſit operativa, propriamque habeat ſignificationem, confiteri neceſſe eſt.

Tertia demum ex Brevi Gregoriano obvenit demonſtratio, dum vult in ſuperiùs excriptis verbis, Alexandro, *natis*, *poſteris*, *Deſcendentibus , & Succeſſoribus quibuſcunque in omnibus , & per omnia , quoad vixerint , ſuffragari* -- Ad quid enim in Jure ignotis *quibuſcunque Succeſſoribus* liberè & plenè acquirendo, particula illa, in ſolo tamen cortice limitata -- *quoad vixerint* --?

Ad

Ad multa quidem, paullo inferiùs notanda, ac potiſſimè ad oſtendendum onus, & gravamen reſtituendi; & quibus nam? Extraneis fortè ſingulorum gravatorum Succeſſoribus ab inteſtato, vel ex teſtamento, aut ſingularibus ex contractu ad illorum arbitrium? Hoc ſanè ita incertum, & vagum gravamen in mente Pontificis non videtur fuiſſe, eo quòd finis aliquem gravandi in diſponentibus eſſe ſolet certarum perſonarum, aut Familiarum favor, quarum pro tempore exiſtentibus perſonis reſtitutio facienda eſt, quia idem eſt aliquem gravare, ac illi alium ſubſtituere, ut aliis allegatis *Torr. de Majorat. part.*1. *pag.*370. *num.*310. Quare ut ſalvatur clara & perpetua extraneorum vocatio in illis pluries repetitis verbis -- *Succeſſoribus quibuſcunque* --, & ſimul detur locus toties expreſſæ deſcendentium primogenitorum dilectioni, & gravamen extraneis impoſitum poſt mortem non ſit vagum, incertum, inutile, ac ſuperfluum; utique negari non poteſt, benè rimata voluntate utriuſque Pontificis, totoque Brevium complexu ſimul perpenſo, & in ſingulis eorum partibus ſimul collato & conciliato, poſt evacuatam Familiam effectivam de Creſcentiis, hereditarias, liberas, & ad quoſcunque tranſitorias evaſiſſe hujuſmodi Conceſſiones in ingreſſu, & in progreſſu, donec extiterint deſcendentes maſculi ex maſculis ſingulorum extraneorum primogeniales, cum reverſione illis extinctis ad ſuam primævam naturam allodialem, liberam, & ad quoſcunque tranſitoriam in ultimo primogenito; & cum libera facultate diſponendi arbitrio ſuo in quemlibet, & cum gravamine prædicto de primogenito in primogenitum novi Acquirentis & ſic deinceps in infinitum, & in perpetuum.

Hinc nimis patens emergit inſubſiſtentia objecti, quod pro utraque Camera Scribentes faciebant, ex dicta clauſula *quoad vixerint* arguendo reſtrictam Conceſſionem ad vitam Conceſſionariorum, & excluſam indè perpetuam extraneorum vocationem, ideoque dici debere dictionem illam *quibuſcunque* additam fuiſſe per errorem, ut ceſſet repugnantia vocationis perpetuæ, & ad vitam reſtrictæ. Nam ultra ponderationes ſuperiùs factas in proximo *artic.*6. omniſque imaginabilis erroris ſive facti, ſive juris in Pontifice excluſivas; jam ſuperabundans, & ſummopere conveniens data fuit interpretatio dictæ clauſulæ *quoad vixerint*, ut ſcilicet oſtendat gravamen reſtitutionis in ſingulis vocatis, eorumque reſolubile dominium, quale in omnibus eſt fideicommiſſo gravatis, itaut tot ſint Conceſſiones, quot ſunt perſonæ, ſeu genera perſonarum vocata *Rota dicta dec.*748. *n.*22. *verſ. Et ratio eſt cor. Dunozet. jun.*, unuſque ſit ordo Succeſſivus ac perpetuus pro deſcendentibus, & alter ſimilis perpetuus pariter & Succeſſivus extraneorum, unuſque poſt alium ſemper ſuccedat extraneus in

in-

Digitized by Google

ingreſſu, & cum primogeniali progreſſu in ſingulorum deſcendentibus, ut dictum fuit.

Cæterùm quomodocunque ſumatur dicta Clauſula *quoad vixerint*, nunquam eſſe poteſt præjudicialis in hypotheſi, quia ſtare dicitur per viam modi, eo quòd præcedat rei, & proprietatis Conceſſio; & deſignando gravamen reſtitutionis, exprimit id, quod de Jure tacitè ineſt, ut in noſtris terminis *Molin. de Primogenit. lib. 1. cap. 19. num. 7. & ſeqq. Torr. de Majorat. part. 1. cap. 13. §. 1. num. 15. pag. 96. Rot. cor. Emerix jun. deciſ. 1325. num. 8. & ſeqq.* Rurſus eadem particula *quoad vixerint* æquè reſpicit, & æqualiter determinat tam deſcendentes Alexandri, & perſonæ Nominandæ, quàm *Succeſſores quoſcunque*, ut ſcilicet omnes pro tempore vitæ ſuæ ſinguli gaudeant Literarum Apoſtolicarum ſuffragatione; ac proindè ut eſſet abſurdum, quòd in dictis deſcendentibus Alexandri, & perſonæ Nominandæ per mortem unius expirare debuiſſet Conceſſio, neque ad ſuperſtites tranſire; ita æquè abſurdum eſt id aſſerere in *Succeſſoribus quibuſcunque*, eadem verborum conceptione, & cum eadem perpetuitate vocatis *l. Jam hoc jure ff. de vulgar. & pupill. Rota deciſ. 138. num. 19. cor. Bich.* Neque etiam eſt omittendum, prædictam Clauſulam *quoad vixerint* de Stylo Summorum Pontificum apponi conſueviſſe ad removendas vexationes, ut ſi aliàs ſequi poſſet remotio, ob dictam Clauſulam non ſequatur, ut aliis allegatis *Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæſt. 33. num. 55.* & indè ſequitur, quòd tanquam appoſita in favorem Conceſſionariorum, non debet in eorum odium retorqueri *Rota deciſ. 16. num. 23. part. 19. recent. & alibi paſſim.* Denique ipſa vanitate magis vanum eſt dictum contrarium argumentum, quia abſurda illa propoſitio præſumendi erroris in Summo Pontifice, in illa unica generali ratione fundatur, quòd repugnet conceſſio perpetua ſimul, & ad vitam reſtricta; hoc enim verum eſt, quando agitur de vocatione unius tantùm perſonæ, cujus durante vita jus fuerit conceſſum, eaque mortua reverſurum ad Concedentem, quo caſu Conceſſio perpetua eſſe non poteſt, neque ad ejus heredes, alioſque Succeſſores tranſire, juxta perpetuarum Conceſſionum naturam; Secus verò, ſi præcedente perpetua Conceſſione plures perſonæ, & plura genera perſonarum vocentur, & tandem *Succeſſores quicunque* invitati fuerint cum ſpeciali, & diſtributivè intelligenda expreſſione vitalitii juris in omnibus & ſingulis præcedenter vocatis *Laderch. conſ. 32. num. 2. Gabriel. conſ. 108. n. 40. lib. 2. Surd. de Aliment. tit. 2. quæſt. 1. n. 20. & 21.* cum aliis paullo ſupra adductis hoc *eod. art.* Quia tunc benè ſimul conveniunt jus perpetuum reſpectu Conceſſionis, & quoad omnes vocatos ſimul ſumptos, & jus ad vitam ſingulorum, ob reſtituendi gravamen, ex quo non deſtruitur perpetuitas, ſed per Suc-

Digitized by Google

Succeſſionis progreſſum de uno in alium validiſſimè confirmatur.

## A R T I C. VIII.

*Efficaciſſima Conceſſio, vim habens jurati & ſtipulati Contractus.*

DEmandata ſuffragatione Literarum Apoſtolicarum tam deſcendentibus, quàm *Succeſſoribus quibuſcunque*, jubet Gregorius XIII. ( & hoc ſit *Quinquageſimumſeptimum* pro tranſitu in extraneos *Fundamentum*) Literas ſuas habere debere vim *validi, jurati, & efficaciter ſtipulati Contractus*, cujus natura eſt perpetuò ad heredes, & Succeſſores quoſlibet tranſire *l. ſi neceſſitas* §. *De vendendo ff. de pignorat. act. Gratian. diſcept.*568. *num.*6. & 7. *Rota deciſ.*410. *num.*11. & 12. *cor. Duran.* Nihil ſanè obſtante, quòd neque juramentum, neque Contractus verè intervenerint; quia ultra quòd per talem formulam juramentum habetur pro verè præſtito ad omnes civiles effectus, & etiam quoad conſcientiam *Rota deciſ.*26. *num.*42. *part.*6. *recent. Ruginell. Pract. Quaſt. cap.*7. *per tot.*, quum Summus Pontifex, quod facere poterat habuerit pro facto, eandemque vim ſuę Conceſſioni dederit, idem eſt ac ſi ſtipulatio, & juramentum actualiter interveniſſent; ita ut talis fictio, ut illa legis, in habente ſupremam Poteſtatem Spiritualem, ac Temporalem, pro veritate quoad omnes effectus habenda ſit, juxta receptiſſimam omnium ſententiam, de qua in ſpecie *Roman. conſ.*352. *n.*16. *Coſta in Praxi Conventionali part.*1. *n.*264.

## A R T I C. IX.

*Conceſſiones vim Contractus habentes revocari a Principe nequeunt, niſi fortè ex publica utilitate, & refuſo æquivalente?*

POſita natura Contractus, a Gregorio XIII. ſuę Conceſſioni attributa, ut ſuperiore *Articulo* probatum eſt; indè ſequitur illam eſſe irrevocabilem, tam ab ipſo Concedente, quàm ab ejus Succeſſoribus Romanis Pontificibus, tam directè, quàm indirectè per interpretationes Literæ contrarias, vel per approbationem injuſtæ Sententiæ, vel per applicationem alteri, vel Cameræ, ac etiam de plenitudine poteſtatis; quia nulla eſt poteſtas, quæ poſſit infringere publicam fidem, juſiurandum, & contractum, ex quibus de Jure Divino, & Gentium oritur obligatio, quæ ſupremos Principes, eorumque Succeſſores ligat; quemadmodum & ipſemet Deus Optimus Maximus ex ſua promiſſione obligatur: Solùmque ex cauſa publicæ utilitatis ( cujus juxta ſenſum *Rota in deciſ.*334. *num.*1. *verſ. Non etiam obſtare. part.*4. *diverſor.* nullum eſt veſtigium in Portis, & Officiis concedi ſolitis] vel ( ut rectiùs plurimi ſentiunt, ) propter inevitabilem cauſam Reipublicæ periclitantis,

tis, & non ob ſolam publicam utilitatem promovendam vel augendam, poterit Princeps contractum non obſervare, refundendo tamen id quod intereſt, vel uti vocant, excambium *Fagnan. in cap. Ex epiſtola. de probat. per tot. & ſignanter n.* 7. 8. 20. *&* 33. *Valenzuel. conſ.* 2. *n.* 51. *Venturin. conſ.* 4. *num.* 13. *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 323. *& ſeqq. &* 331. *& ſeqq. Capyc. Latr. conſult.* 38. *num.* 1. *& ſeqq.* ubi pleniſſimè, *& deciſ.* 188. *num.* 2. *& ſeqq. Card. De Luc. de Offic. Venalib. cap.* 14. *num.* 16. *lib.* 4. *Torr. de Pact. futur. Succeſſ. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 53. *& ſeqq. & num.* 59. *& ſeqq. Rota deciſ.* 478. *num.* 9. *coram Ubald. & deciſ.* 30. *num.* 67. *coram b. m. Anſald.* Quæ ſanè locum habent etiam in Conceſſionibus benemeritorum remuneratoriis *Maſtrill. ubi ſupra, aliique plurimi*; eademque omnia dicta communi Doctorum ſententia roborantur, reprobato *Angelo* contrarium ſentiente, quem non Angelum, ſed Diabolum, & tyrannidi faventem communiter vocant. Fundantur enim prædicta, non ſolùm in certiſſimis Juris Divini, Gentium, & Pontificii regulis, ſed etiam in pulcherrimo Textu, aliàs allegato, & expoſito in *primo Cap. hujus Operis*; nimirum *in l. fin. C. de locat. prædior. Civil. &c. lib.* 11. ubi Imperatores Theodoſius, & Valentinianus mandant *Perpetuarios*, qui ipſimet ſunt rerum Principis aut publicarum perpetui Conceſſionarii, eorumque Succeſſores quoſcunque etiam extraneos, ſecuros eſſe in dictis rebus, liberalitate Imperatoria ſibi perpetuò conceſſis, quas avocari, & a ſemetipſis Imperatoribus aliis concedi prohibent, gravem ſtatuendo animadverſionem contra primarios publici Ærarii, & ſuæ Domus Adminiſtratores ſeu Magiſtratus, qui præcedentium avocatorias poſteriores favore aliorum Imperatorias Conceſſiones executi fuiſſent: tanti enim æſtimabant verè Imperio digni Viri illi Principes publicam, propriamque fidem, ut egregio aliis omnibus exemplo eſſe poſſint.

In prædictorum confirmationem in noſtris præciſis Portarum Urbis terminis duæ extant *Rot. Roman. Deciſiones*, in quibus invalidæ declarantur poſteriores Conceſſiones Pontificiæ, munitæ ampliſſimis clauſulis *motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*, tanquam factæ durantibus adhuc primis Conceſſionibus, revocari non valentibus; & ſunt *dec.* 334. *per tot. part.* 4. *diverſor. & dec.* 7. *de reſtit. ſpoliat. cor. Mobedano*, in qua quum S. M. Paulus III. Portæ Salariæ Cuſtodiam certæ priùs Familiæ conceſſiſſet, & ante ejus extinctionem ipſemet Paulus novam aliis ejuſdem Cuſtodiæ Conceſſionem feciſſet, cum ampliſſimis clauſulis, amotione primi Cuſtodis; & non obſtante ſua prima Conceſſione, *Rota* nihilominus cenſuit ipſo Paulo vivente (quod eſt notabile) dandam eſſe reintegrationem primo Proviſo. Quibus ſanè antiquorum Principum, & Judicum exemplis præſentes quoque uſuros fore non dubitamus.



Digitized by Google

## A R T I C. X.

*Clauſula* ſublata &c. *adimit Judici poteſtatem judicandi per interpretationes, & declarationes, ipſumque litera adſtringit, quæ in caſu noſtro clara eſt pro extraneis.*

PRO *Quinquageſimo octavo* tranſitus in extraneos *Fundamento* adducitur vis clauſulæ *ſublata &c.*, quæ omnem adimit juriſdictionem cuilibet Judici recedendi per interpretationem a litera Conceſſionum, tam Julii III., quàm Gregorii XIII., in quibus clara eſt extraneorum comprehenſio, per prohibitionem devolutionis per mortem civilem, & naturalem omnium ſpecialiter vocatorum, & quocunque alio modo, & per expreſſam, geminatamque vocationem *Succeſſorum quorumcunque*; itaut ablata ſit quælibet facultas interpretandi, & declarandi etiam ſuper ſolo facto: Et quidem non obſtante aperitione oris, ſine qua nulliter uſque modo proceſſum fuit, ſi fortè in poſterum a Signatura Sanctiſſimi impetraretur; quia nihilominus vis dictæ clauſulæ *ſublata &c.* illibata remaneret. Et quamvis non impediatur per dictam clauſulam oppoſitio de non comprehenſione, id tamen procedit, ſi non comprehenſio reſultet ex ipſa litera, ſecus ſi deducatur ex interpretatione, & argumentis, ut exadverſo fieri prætenditur; prout verior, & receptior eſt meliorum Scribentium, & recentiorum ſententia, & Signaturæ praxis, ut plenè de his omnibus *Barboſ. clauſ.*175. *per tot. Gonzal. ad Regul.*8. *Cancell. gloſſ.*66. *numer.*8. *&* 21. *Rota dec.*193. *n.*1.9. *&* 10. *cor. Penia. dec.*278. *num.*7. *cor. Ubald. dec.*37. *num.*3. *cor. Anſald. & dec.*681. *num.*20. *part.*19. *tom.*2. *recent.* & omnium optimè eruditiſſimus *R.P.D. Petra in Comment. ad Conſtit. Apoſtol. tom.*3. *ad Conſtit.* 12. *Clem.*4. *num.*17. *& ſeqq. pag.*449. *&* 450.

Denique ad intentum valde conferunt aliæ Clauſulæ executivæ prægnantiſſimæ hujus primi Gregoriani Brevis, quarum ſimiles difficile exiſtimatur in aliis Pontificiis Literis invenire, ut ex earum lectura patet.

## A R T I C. XI.

*De ſecundo Brevi Gregorii XIII., Juliani confirmatorio; & quàm malè arguatur, ex omiſſa dictione* quibuſcunque, *eam per errorem fuiſſe appoſitam in ſuo primo Brevi.*

ASſumpto examine ſecundi Brevis Gregorii XIII., quod ſpecialiter agit de ſola Præfectura, ex toto ejus contextu clarè patet, eſſe ſimpliciter, & meræ Confirmatorium in forma ſpecifica Conceſſionum præcedentium, & præſertim ultimæ Julii III., & omnium in ea contentorum, & conſequenter ampliſſimi illius Decreti de non vacando, & prohibitæ devolutionis *quocunque modo*, ex quo, & ex aliis tot adductis demonſtrationibus quum

re-

Digitized by Google

reſultet clara Vocatio quorumlibet extraneorum, qualem per illa expreſſa verba *Succeſſoribus quibuſcunque* eſſe declaravit idem Gregorius in primo Brevi in præcedentibus *Articulis* explicato; ideo etiam in hoc ſecundo dictæ Julianæ Conceſſionis Confirmatorio eandem extraneorum Vocationem fuiſſe approbatam, & confirmatam dicendum eſt. Idque etiam comprobari videtur ex eo, quòd idem Gregorius in hoc ipſo ſecundo Brevi pluries mentionem facit *Succeſſorum* ſimpliciter, & præſertim ubi Confirmationi huic ſuæ dat robur contractus efficaciter ſtipulati; itaut *Succeſſores* hìc exprimere nihil aliud ſit, quàm exprimere id, quod de jure Contractibus ineſt, ut ſcilicet ad heredes, & Succeſſores jus ſit tranſitorium, ut pariter de primo Gregoriano Brevi ſupra obſervatum fuit *art.*8.

Hinc patet, quàm malè oppoſitum fuerit, quòd quum Gregorius in hoc ſecundo Brevi mentionem non fecerit de *Succeſſoribus quibuſcunque*, per hoc interpretatus fuerit ſuum primum Breve, ut eos comprehendere noluerit, quamvis literis cubitalibus eoſdem pluries nominaverit; allegando cum magna & inani pompa *conſ. Spad.*49. *n.*21. *lib.*1. Hæc enim magnificata Auctoritas ad rem non facit, dum non agitur de unica re, nec de unica Conceſſione, diverſis perſonis unico contextu facta, ut in caſu *Spadæ*, ſed de duobus diverſis Brevibus, diverſo tempore factis, & diverſas res continentibus; undè non ſolùm caſuum diverſitas, ſed contrarietas directa viget; quæ etiam ulteriùs maxima eſt in eo, quòd *Spada* agit de Feudo proprio Juris reſiſtentiam habente, nè ad extraneos ſit tranſitorium; Nos verò in id multiplicem Juris aſſiſtentiam habemus, & in eo optimè fundatam intentionem, contra quam Adverſæ Partes onus habent concludenter probandi contrariam, certam, & indubitatam Pontificum concedentium voluntatem pro reſtrictione ad ſolos heredes Sanguinis, nec quidem per æquivoca, remota, & inſubſiſtentia indicia, ut fecerunt, ſed per claras, & incontrovertibiles demonſtrationes, quarum nulla adducta fuit, vel adduci poteſt; Sed omnes urgentiſſimæ pro nobis militant, contrariaſque paucas, minimas, vanaſque conjecturas ita ſuffocant, & abſorbent, ut diſpoſitionem Juris fulcientes, rem penitus claram pro extraneis, & indubitabilem reddant.

# C A P. V I.

## In quo agitur de Obſervantia a ſubſecutis poſt Conceſſionem Julii III., & duo Brevia Gregorii XIII., ac poſt mortem Alexandri de Creſcentiis primi Conceſſionarii, uſque ad obitum, & Teſtamentum B. M. Fabritii Urſini junioris.

### A R T I C. I.

*Brevis hiſtorica geſtorum enarratio a morte Alexandri Creſcentii ſenioris uſque in præſens, ut pateat cuinam prætenſa, hinc a nobis, & ab Adverſariis indè, aſſiſtat obſervantia.*

PRætendente utraque Parte obſervantiam favorabilem habere, Adverſariis nimirum eam allegantibus pro excluſione, Nobis verò pro incluſione Succeſſionis extraneorum; ut prudens Lector rectè judicare poſſit, propriaſque Juris deducere conſequentias, opportunum eſt, illud in primis noſſe factum, ex quo jus oritur. Ad quem finem brevis in hoc *Articulo* facienda eſt enarratio hiſtorica eorum, quæ geſta ſunt toto tempore mox indicato in generali argumento hujus *VI. Capitis*.

Sciendum igitur, quòd defuncto Alexandro Seniore de Creſcentiis germano fratre Cardinalis Marcelli, ſucceſſit in Porta & Præfectura Alexander junior, illius unicus filius ſuperſtes, cui tanquam Sacerdoti, Canonico Baſilicæ Vaticanæ, & Summi Pontificis Prælato domeſtico, obſtare poterat Statutum Urbis *lib.3. cap.37.*, in quo cavetur, nullum Clericum Beneficiatum, vel aliàs in Sacris Ordinibus conſtitutum, poſſe Officia Capitolina obtinere, aut exercere, & de facto obtinentem, aut exercentem ſalariis, & emolumentis privandum, & ad accepta reſtituenda teneri: Undè Gregorius XIII., prænarratis omnibus præcedentibus Brevibus, cum omnimoda relatione ad illa, indulſit Alexandro juniori prædicto facultatem retinendi Portam & Præfecturam, non obſtante dicto Statuto, & Nominandi juxta modum in antiquis Conceſſionibus expreſſum, quam Nominandi facultatem dubitatum prudenter fuit, an in fructu eſſet, & inter emolumenta, a dicto Statuto prohibita Clericis, comprehenderetur. Per decennium a dicto Indulto continuata Portæ & Præfecturæ poſſeſſione, idem Alexander eas alienare volens, ut earum pretio æs alienum ſolveret, quod ſibi interdictum eſſe dubitabat a Bulla Sixti V., prohibente

Offi-

Digitized by Google

Officia, & Regalia a S. Sede gratis obtenta, præmio accepto diſtrahi, ſtatuit diſponere, prout diſpoſuit favore Aldobrandini Urſini, Cinthiæ Sororis filii, accepto viciſſim pretio Scutorum duorum millium, ut de his omnibus conſtat ex publico inſtrumento deſuper celebrato, & obligatione Camerali vallato, quæ ſtipulationem continet pro ſe, heredibus, & Succeſſoribus *quibuſcunque*. Hujuſmodi Conceſſionem confirmavit, & approbavit S. M. Clemens VIII. per ſuum Breve, in quo repetit ſubſtantiam totius tenoris Conceſſionum Julii III., declarat Confirmationes Gregorii XIII. fuiſſe novas Conceſſiones, & eorundem Pontificum ſingulas Literas ex certa ſcientia approbat, & confirmat; ac etiam derogat dictæ Conſtitutioni Sixtinæ *de ſimilibus Officiis, ſeu Portis, mediante ſolutione alicujus pretii, vel pecuniæ non concedendis*; ubi notandus eſt error *Summarii* Cameræ Capitolinæ, in quo dictæ dictioni *mediante* antepoſita fuit dictio *niſi*, quæ Bullæ diſpoſitionem in contrarium vertit.

Hinc retentis per plures annos Porta, & Præfectura a dicto Aldobrandino Urſino, eodemque valetudinario effecto, alienoque ære non parum gravato, nè de illis in extraneos diſponeret, pretiumque diſperderet, Cinthia Creſcentia ejus mater, ut creditur, nomine dicti Aldobrandini, Coſmi, & Franciſci filiorum ſuorum, omiſſo Hippolyto ex nobis ignota cauſa, ſupplicationem porrexit S. M. Clementi VIII. ut Coſmum, & ſucceſſivè Franciſcum Coadjutores Aldobrandino cum futura ſucceſſione deputaret. Supplicationi annuit Summus Pontifex, Literaſque Apoſtolicas dedit, in quibus poſt ſpecialem relationem Conceſſionis Julii III., & duorum Brevium Gregorii XIII., quæ novas Conceſſiones vocavit, nec non alterius Brevis a ſe expediti pro Confirmatione alienationis factæ ab Alexandro Creſcentio juniore in dictum Aldobrandinum Urſinum, devenit ad cauſam finalem diſpoſitivæ, *nè ſcilicet Porta, & Præfectura Coſmum, & Franciſcum, eorumque Familiam privari forſan contingeret, ſi dictus Aldobrandinus decederet ſine filiis*; Et ad ipſam tandem proceſſit diſpoſitivam, reſervato conſenſu Aldobrandini, & additis ampliſſimis clauſulis, & derogatione Bullæ Sixti V., de qua ſupra. Poſt aliquam reluctantiam conſenſum præſtitit Aldobrandinus dicto ſecundo Brevi Clementino, additis duabus conditionibus, quòd nempe Coſmus, & Franciſcus tenerentur ſolvere fructus, & ſortem extinguere aliquorum Cenſuum pro Scutis duobus millibus, qua ſumma uſus ille fuerat, *ad effectum emendi dictam Portam, & Officium &c.*; & quòd aſſumerent *Cognomen de Creſcentiis, quatenus opus eſſet &c.*; Notando, quòd has duas conditiones apponens, Aldobrandinus ſe conformavit, & uſus eſt facultatibus ſibi conceſſis in Brevibus Julii III., & Gregorii XIII., in qui-

bus

Digitized by Google

bus jus alienandi, & onus Cognominis continentur; & oſtendit ſe habere Portam, & Præfecturam pro emptitiis; ſuumque conſenſum fuiſſe neceſſarium, & pro eo potuiſſe pretium accipi, ejuſdemque vigore fuiſſe captam poſſeſſionem.

Defuncto Aldobrandino nulla facta diſpoſitione juris perpetui, quod apud ipſum remanſerat, & per Coadjutorias fuerat dumtaxat eiſdem durantibus ſuſpenſum, continuavit in poſſeſſione Portæ, & Præfecturæ Coſmus, Hippolyto natu majore nihil opponente; Et in tali rerum ſtatu Franciſcus ſecundus Coadjutor a S. M. Gregorio XV. petiit, & obtinuit dictas Coadjutorias extendi ad Hippolytum fratrem, & ad Filios ipſius Franciſci. Poſt mortem vero Hippolyti natu majoris ſine filiis, qui in proprietate, & jure perpetuo Portæ & Præfecturæ ſucceſſerat, in eiſdem proprietate, & perpetuo jure ſucceſſit Coſmus, qui jam ex Coadjutoria a Clemente VIII. indulta, & ex conſenſu Aldobrandini, erat in poſſeſſione, duoſque genuit filios Fabritium juniorem, auctorem noſtrum, & Abbatem Vincentium prædefunctum. Utrumque pari affectione diligens Franciſcus patruus, & optans Vincentium quoque commodo Portæ, & Præfecturæ frui poſſe poſt mortem Fabritii primogeniti, neque ab ejus filiis excludi ad formam ordinis primogenialis antiquarum Conceſſionum, Coſmo abſente, extenſionem præcedentium Coadjutoriarum a S. M. Innocentio X. obtinuit favore Fabritii primùm, & deinde Vincentii, & poſtea filiorum reſpective utriuſque.

Poſt mortem tam Franciſci patrui, qui prior deceſſit, quàm Coſmi patris, Fabritius abſque novo actu, & tanquam primogenitus, & patris heres, Portæ & Præfecturæ poſſeſſionem quoad vixit retinuit, & in eo conſolidatum fuit omne jus, jam exiſtens in Aldobrandino Urſino, Ceſſionario Alexandri junioris de Creſcentiis, quum jam per prædeceſſum Abb. Vincentii expiraſſet omnis prætenſa affectio, quæ ex ultima Innocentii X. Coadjutoria adeſſe potuiſſet. Idem Fabritius ſuum perpetuum jus, & dominium Portæ & Præfecturæ agnoſcens ad formam antiquarum Conceſſionum, eas creditur imitari voluiſſe; & ideo nobis Annibale, Philippo, & Jacobo Dionyſio fratribus de Rillis ſuis conſanguineis inſtitutis heredibus, perpetuam ordinavit primogenituram in deſcendentibus maſculis dicti Jacobi, qui hæc ſcribit, quorum ultimo facultatem nominandi conceſſit perſonam ſibi benè viſam, & non facta nominatione, ejus proximiorem conjunctum ſubſtituit, cum perpetua maſculina primogeniali pariter ſucceſſione in eorum reſpectivè deſcendentibus, & cum repetitione perpetuę facultatis Nominandi favore ultimi, & in defectu nominationis cum ſubſtitutione proximioris, & cum perpetuo gravamine primogeniali prædicto, & ſic deinceps in infinitum toties quoties ulti-

Digitized by Google

ultimus maſculus ſupereſſet, & reſpective decederet ſine liberis.

## ARTIC. II.

*Prima contraria obſervantiæ probatio, quia Gregorius in tertio Brevi dicit ſe in duobus præcedentibus confirmaſſe, & approbaſſe Conceſſiones Pauli III., & Julii III., & quòd proinde in ſuo primo verba* Succeſſoribus quibuſcunque *per errorem appoſita fuerint; plenè confutatur, & retorquetur: Et notantur quædam dicti Brevis ex adverſo facta mutilationes.*

VEniendo nunc ad punctum utrimque prætenſæ obſervantiæ, hanc Contrarii Scribentes deducere conati fuerunt ex tertio Brevi Gregorii XIII., in quo quum Pontifex narret, ſe in præcedentibus Brevibus confirmaſſe, & approbaſſe Conceſſiones Pauli III., & Julii III., dici proinde non poſſit illas ampliare, & extendere voluiſſe ad *Succeſſores quoſcunque*; & ita fuiſſe interpretatum ipſum Gregorium ſuum primum Breve, & in eo verba *Succeſſoribus quibuſcunque* per errorem irrepſiſſe. Hujuſmodi vaniſſimum objectum facilè diluitur animadvertendo, quòd occaſio non ferebat, quòd Gregorius enarraret omnia, & ſingula contenta in præcedentibus Brevibus, quum ſola eſſet intentio obviandi periculis amiſſionis Portæ & Præfecturæ, & conſequenter etiam facultatis Nominandi, quæ inter emolumenta connumeratur; & periculum erat ex memorato Statuto Urbis *lib.* 3. *cap.* 37., ob Sacerdotium, & Canonicatum Baſilicæ Vaticanæ, in quibus erat Alexander junior, quique his non obſtantibus indultum obtinuit Portam, & Præfecturam retinendi. Quia tamen in primo ejuſdem Pontificis Brevi ad cautelam facta fuerat nova Conceſſio etiam pro *Succeſſoribus quibuſcunque*, ideo addita fuerunt in tertio hoc Brevi verba illa ſubſtantialiſſima -- *prout in Literis prædictis pleniùs continetur* -- quæ per abbreviaturam *&c.* a quodam contrario ſcribente omiſſa fuerunt. Dictio enim *pleniùs* præſupponit majorem plenitudinem ſubſtantiæ in relato exiſtentis, & in referente non expreſſæ; & majoris eſt efficaciæ, quàm dictio *latiùs*, quæ rei ejuſdem dilationem, non autem novæ ſubſtantiæ adjectionem continet: Undè patet pleniorem in primo Brevi Gregoriano adeſſe Conceſſionem, & extraneorum comprehenſionem, ut in caſu præciſo a *Rota* firmatum fuit *deciſ.* 29. *num.* 12. & 13. *part.* 10. *recent.* -- ibi -- *Et licèt &c. non legantur verba* quibuſcunque, *& ſimilia, nihilominus cum in eadem Supplicatione habeatur relatio ad inſtrumentum prædictum* -- ibi -- *& prout pleniùs dicitur contineri in ipſo inſtrumento Conceſſionis* -- *Potuit Franciſcus Felix vigore dictæ relationis juſtè prætendere, quòd omnia contenta in inſtrumento cenſerentur repetita in Supplicatione. Bald. &c.* -- Pejor autem fuit mutilatio alterius in contrarium Scribentis, qui tertii hujus Gregoriani Brevis dictam relativam

par-

Digitized by Google

particulam appoſuit ita -- *prout in ſingulis literis prædictis continetur* -- detruncata dictione *pleniùs*, quæ totum facit, dum excludit relati reſtrictionem, tam malè prætenſam per dictam verborum Brevis alterationem; elidit imaginariam obſervantiam; & inducit repetitionem diſpoſitionis pro *Succeſſoribus quibuſcunque*; dando nobis ſuſcepti aſſumpti *Argumentum Quinquageſimum nonum*.

## A R T I C. III.

*Non ſimplicem nominationem, ſed veram Portæ, & Præfecturæ alienationem ab Alexandro Creſcentio juniore fuiſſe factam.*

ERroneum verò etiam eſt in facto alterum contrariæ obſervantiæ nimis inutile indicium, ex eo confictum, quòd Alexander Creſcentius junior ſimplicem fecerit, & hanc ſolam facere poſſe crediderit nominationem; neque uſus fuerit illa facultate Nominandi, quæ ſub qualitate Officii liberi, & tranſitorii ad quoſcunque heredes ſibi competiiſſet ex Conceſſionibus Julii III., & Gregorii XIII. Res enim in contrarium ſe habet, neque ullo modo verum eſt in facto, quòd dictus Alexander junior nudam, & ſimplicem nominationem fecerit, tanquam in ejus facultate eſſet ſolùm nominare perſonam, quæ una cum ſuis deſcendentibus in Porta, & Præfectura ſuccedere poſſet, quaſi Conceſſio Julii III., & ſequens Gregorii XIII. ad illos dumtaxat reſtrictæ fuerint, neque ulteriùs progrederentur; immo verò ſatis lucidè apparet totum contrarium, non ſolùm quia Alexander prædictus non poterat pro ſimplici nominatione pretium aliquod recipere, tam ex peculiari prohibitione memoratæ ſuperiùs Sixtinæ Conſtitutionis, quàm ex diſpoſitione etiam Juris communis, ex quo pariter interdicitur habentibus Nominandi facultatem accipere premium, aut pretium ob ſimplicem nominationem, ut ſequendo *Gloſam in l. unum ex familia §. Si de Falcidia ff. de legat.2.* multiſque adductis rationibus, probant *Molin. de Hiſpan. Primogen. lib.2. cap.5. num.31. & ſeqq. Cancer. Variar. Reſol. part.3. cap.7. n.384. Capon. controv.9. artic.4. num.21. Cyriac. controv.57. num.57. Altograd. jun. controv.66. num.19. & ſeqq. & controv.67. num.6.* & conſequenter accepto pretio Scutorum duorum millium benè declaravit Alexander non ſimplicem agere nominationem pretii incapacem [ nam turpiter, & dolosè egiſſet, & talem turpitudinem, & dolum Pontifex approbaſſet, juxta *Molin. ubi ſupra num. 32.* ] ſed proprio, plenoque jure uti, Portamque ac Præfecturam ad quoſcunque tranſitorias in Aldobrandinum Urſinum, tanquam in emptorem transferre; ſed etiam quia ad talem translationem, ſeu plenariam nominationem idem Alexander per hujuſmodi verba proceſſit -- *omni meliori modo, via, jure, cauſa, & forma, quibus magis, me-*

*liùs*

*liùs, validiùs, & efficaciùs de jure fieri potuit, ac debuit, ac poteſt, & debet, in vim facultatum prædictarum, & aliarum quarumcunque, ſibi quomodolibet conceſſarum &c. nominavit &c.* & diſpoſitionem augendo -- *Ac Officium Præfecturæ ex nunc, Portam verò ex nunc prout ex tunc, quum primùm ipſe Alexander junior ab humanis deceſſerit, cum omnibus earum honoribus, oneribus, juriſdictionibus, privilegiis, fructibus &c. emolumentis &c. eidem D. Aldobrandino ceſſit, atque conceſſit; ipſumque Aldobrandinum in locum, jus, & privilegium ſuum quoad Officium, & Portam hujuſmodi ſubrogavit, & ſubrogatum eſſe voluit &c. Conſtituens &c.* Addendo ulteriùs -- *Promittens idem D. Alexander cum juramento &c. hujuſmodi nominationem, aliaque prædicta perpetuis futuris temporibus rata &c., & firma habere &c., & tenere &c. aliàs de evictione &c.* -- Et cum plena tandem promiſſione, & reſpectivè ſtipulatione pro heredibus, & Succeſſoribus quibuſcunque, & cum Camerali obligatione, aliiſque clauſulis in forma ampliſſima. Ex quibus ſanè omnibus, & maximè ſimul junctis, ad evidentiam conſtat, non ſimplicem nominandi actum, cui talia minimè conveniunt, fuiſſe geſtum, everſa inde radicitus qualibet contraria obſervantia; ſed plenam totius proprii juris, perpetuamque tranſlationem fuiſſe factam ab Alexandro in Aldobrandinum pro ſe, & ſucceſſoribus quibuſcunque; probatamque remanere obſervantiam nobis favorabilem; & pro tranſitu in extraneos *Fundamentum* inſurgere *Sexageſimum*, ob dictam plenariam tranſlationem, & latiſſimè interpretandam juxta inſtrumenti formulas, juxta Cedentis facultatem, & poteſtatem, quas ab antiquis Brevibus Julii, & Gregorii habebat ampliſſimas; & juxta veriſimilem Fabritii Senioris voluntatem pro Aldobrandino filio ſtipulantis, & pretium non leve ſolventis.

## A R T I C. IV.

*Ceſſio, & alienatio facta a Creſcentio Apoſtolica Auctoritate confirmantur; & inde pro nobis obſervantia validè corroboratur.*

PRobata in proximo Articulo obſervantia ex geſtis per Partes intereſſe habentes, eadem corroboratur, & confirmatur ad incluſionem extraneorum, ex Apoſtolica Auctoritate, tam pro interpretatione, quàm pro novo titulo; Quia ſcilicet S.M. Clemens VIII., narrato tenore inſtrumenti Ceſſionis, & ad illud ſe referendo, omnia in eo contenta, *& ſequenda quæcunque* approbavit, & roboravit his verbis -- *Nos igitur ſingulas Literas prædictas* (en clara, & literalis approbatio, confirmatio, & obſervantia Brevium Julii III., & Gregorii XIII., in quibus Succeſſores quicunque, & extranei apertè vocantur) *nec non Ceſſionem, Conceſſionem* (multo plus igitur, quàm ſimplicem, nudamque nominationem, malè exadverſo prætenſam) *& nomina-*

I

Digitized by Google

*minationem Officii, & Portæ hujuſmodi, per eundem Alexandrum juniorem, ut præfertur, factas, ac inſtrumentum deſuper confectum, ac ſingula præmiſſa, nec non inde ſecuta, & ſequenda quæcunque, Apoſtolica Auctoritate, tenore præſentium, ex certa noſtra ſcientia confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuum, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus &c.* — Quum enim in dicto Ceſſionis inſtrumento adſit omnimoda ſubrogatio Aldobrandini Ceſſionarii in omne jus, & privilegium Alexandri Cedentis, cum promiſſione evictionis *perpetuis futuris temporibus*, & cum obligatione pro *Succeſſoribus quibuſcunque*, quæ ibi & expreſſa legitur, & ulteriùs in obligatione Camerali implicitè continetur; utique Summus Pontifex hæc omnia confirmando, & approbando, ratam habuit plenariam acquiſitionem Aldobrandini pro ſe, & *Succeſſoribus quibuſcunque* in dicto inſtrumento literaliter expreſſam, & pluries tacitè & virtualiter contentam; undè *Sexageſimum primum* ad rem noſtram deducimus *Argumentum*: Addentes *Sexageſimum ſecundum*, ex quo Pontifex, ultra jam geſta, approbavit etiam *ſequenda quæcunque*, quæ quum reſpicere nequeant admiſſionem Aldobrandini, ejuſque Deſcendentium nominatim factam, reſque alias in dicto inſtrumento contentas, utì jam ſecutas, & effectum ſortitas, neceſſariò includunt diſpoſitionem in extraneos, quam vigore Conceſſionum Julii, & Gregorii, vel ipſe Aldobrandinus, vel ultimus ejus deſcendentium in futurum facere poſſent.

Et *Sexageſimum tertium*, ex geminatione perpetuitatis, dum Clemens poſtquam voluit omnia ſecuta, & ſequenda quæcunque habere *perpetuum, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur*, addidit ulteriùs — *Decernentes omnia, & ſingula præmiſſa* (hoc eſt omnia jam ſecuta, & ſequenda quæcunque jam dicta) *perpetuò valida, & efficacia exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri* — Quæ ſanè perpetuitas, maximè geminata, & tam enixè a Pontifice volita, profectò abſque tranſitu in extraneos dari non poteſt, ut aliàs probatum fuit; & certiſſimum de Jure eſt in Perpetuariis, ut primo Capite demonſtravimus.

## A R T I C. V.

*Coadjutoria indulta per ſecundum Breve Clementinum Coſmo & Franciſco Urſinis, eorumque privatam utilitatem pro cauſa finali reſpiciens, & facta in ſequelam antiquarum Conceſſionum extraneos vocantium, probis mirificè obſervantiam confirmat.*

SUpponendo factum in primo Articulo hujus Capitis enarratum, & deveniendo ad ſecundum Breve S. M. Clementis VIII., inſcriptum id legitur Coſmo & Franciſco de Urſinis Aldobrandini Fratribus, cum hoc proœmio — *Laudabilia*

*lia veſtra puerilis ætatis indicia nos inducunt, ut illa vobis favorabiliter concedamus, quæ veſtris commoditatibus fore conſpicimus opportuna* — Quæ ſane verba oſtendunt hìc agi de Coadjutoria impropria, quæ ſolùm reſpicit utilitatem privatam, & non publicam, quæ Coadjutoriæ propriæ eſt objectum *Rota dec.*570 *numer.*4. *verſ. Et etiam quando . part.*1. *& dec.*114. *num.*12. *&* 13. *part.*6. *recent.* Hinc *Sexagimumquartum* Aſſumpti noſtri *Fundamentum* inſurgit, dum conſtat privatæ tantùm utilitati Supplicantium fuiſſe conſultum, & conſequenter Portam & Præfecturam non eſſe de illis Feudis, & Officiis, annexum exercitium, ſeu profeſſionem habentibus, ſed tanquam horum expertia, ex Statuto Urbis *lib.*1. *cap.*125. eſſe tranſitoria ad extraneos; quum ſit manifeſtum primi generis Officia cum annexione exercitii continere publicam utilitatem, quam Pontifex non reſpexit, & ideo de illis non eſſe, ſed de aliis ad quoſcunque tranſitoriis, virtualiter declaravit. Eadem privata Supplicantium Commoditas, a Pontifice principaliter intenta & volita, & pro cauſa finali conſiderata, tanquam in prœmio expreſſa, ex notis Juribus excludit omnino ſomniatam obſervantiam ex aſſerta reſtrictione ad vitam Coadjutorum; quum nimis iniquum ſit, juxta notiſſimum axioma, quod ſpecialiſſimè attenditur in Conceſſionibus Principum, diſpoſitionem hujus Pontificis ad utilitatem illorum factam, contra ejuſdem apertam, & in prœmio declaratam voluntatem, in odium & præjudicium obtinentium retorquere, auferendo ipſis jus proprium plenarium, perpetuum, & quoad Aldobrandinum actuale, & quoad Fratres in ſpe, & habituale in Porta & Præfectura ex antiquis Julii III., & Gregorii XIII. Conceſſionibus competens. Prœmio prædicto ſuccedit narrativa hujus ſecundi Clementini Brevis, in qua referuntur dictæ antiquæ Conceſſiones, nec non libera ceſſio Alexandri Creſcentii junioris favore Aldobrandini Urſini; & inde ſatis oſtenditur, quòd Pontifex ſciebat omnia contenta in Conceſſione Julii III., cum omnibus ejus circumſtantiis, tranſitum in extraneos importantibus, & præſertim Decreto cujuſlibet vacationis & devolutionis prohibitivo; necnon etiam novam Conceſſionem Gregorii XIII. pro *Succeſſoribus quibuſcunque*; ac demum liberam Ceſſionem, Aldobrandino factam ab Alexandro Creſcientio juniore, cum expreſſa comprehenſione eorundem *Succeſſorum quorumcunque:* Undè conſtat, quòd ſequens Gratia Coadjutoriæ favore Coſmi & Franciſci radicalem ſuam originem deſumpſit, & dependentiam totalem habuit a memoratis Documentis, & fuit tantùm operativa pro auctorizanda dicta duplici Coadjutoria, quæ tanquam alterativa ordinis ſuccedendi in prædictis Conceſſionibus dati, ſine ſuprema Papæ Auctoritate fieri non poterat *Cujac. in Explic. cap.*1. *&* 2. *de conceſſ. præbend. col.*2. *verſ. Solus Ro-*



Digitized by Google

*manus Pontifex*. *Gambar. de Legat. a latere lib.5. tit. de Coadjutorib. num.*13. *Redoan. de Simonia* 2. *part. cap.*19. *n.*5. *Pariſ. de Reſignat. lib.*6. *quaſt.*15. *num.*15. & *lib.*7. *quaſt.*20. *num.*14. *Gonzal. ad Regul.*8. *Cancell. gloſſ.*5. §.9. *num.*91. *Fagnan. in cap. nulla num.*68. *de conceſſ. prabend. Lotter. de Re Benefic. lib.*2. *cap.*25. *num.*2. Intactum ergo remanſit jus primævum, & allodiale antiquarum Conceſſionum, quæ neceſſariò durare ſupponuntur a Pontifice, tanquam ſuæ Gratiæ pars, principium, & fundamentum *Rot. cor. Cuputaquen. dec.*39. *num.*2. *verſ. Quia narrata pars Gratia ſunt. cor. Cerro deciſ.* 710. *num.*2. *verſ. cum enim fundamentum Gratia conſiſtat in narrativa*. & *cor. Coccino dec.*1737. *num.*5. *verſ. narrativa enim eſt pars ipſius Gratia*. Immo prædictum jus confirmatum fuit ex dicta ſpeciali ad Conceſſiones relatione, in cujus dependentiam, & ſequelam emanaverunt Coadjutoriæ; quum certum ſit narrativam concedentis influere in Gratiam, & quòd a primordio tituli poſterior firmatur eventus; & quòd per conſequens ex originali durante jure antiquarum Conceſſionum Coadjutoriæ indultæ fuerunt, quæ tantum abeſt ut illi derogaverint, quòd potiùs uti ab eo dependentes, id ſupponunt in ſuo primævo robore, ac ſtatu extraneorum incluſivo perſeverare; & in hoc hereditariæ, & liberæ qualitatis *Sexageſimumquintum* ſuppeditant *Argumentum*.

## ARTIC. VI.

*Coſmi, & Franciſci de Urſinis, ſi Aldobrandinus frater decederet ſine liberis, poſſibilis conſiderata privatio, quæ habitum ſupponit, perpetuam extraneorum declarat pracedere vocationem, & non Porta & Præfectura malè ex oppoſito imaginatam vacationem*.

Ponderanda hìc ſunt verba illa poſterioris narrativæ ſecundi Brevis Clementini -- *Si dictus Aldobrandinus abſque liberis decederet, vos & familia veſtra Officio, & Porta hujuſmodi, illorumque emolumentis privari forſan contingeret* -- Et reſolvenda eſt, ac retorquenda quædam objectio ejuſdem in contrarium Scribentis, quòd ſcilicet talis dubitatio fuiſſet incongrua, ſi præcedentes Conceſſiones fuiſſent liberæ, & ad quoſcunque tranſitoriæ. Sed nimis claro laborat æquivoco objectum iſtud: Cum tali enim erroneo ſuppoſito expirationis antiquarum Conceſſionum, non privatio ſupponens habitum, & vacationem Coſmi & Franciſci, eorumque Familiæ, ſed vocatio, & devolutio contigiſſent. Quare admiſſa dubitatione in caſu poſſibili privationis, evidens eſt ſupponi durationem prædictarum antiquarum Conceſſionum, quæ ſi non egrederentur deſcendentes Alexandri Creſcentii Senioris, perſonam ab ultimo eorum Nominandam, ejuſque deſcendentes, ut eſt præcipuum Adverſariorum aſſumptum,

nun-

Digitized by Google

nunquam contingere poterat, quòd dicti Fratres de Urſinis, eorumque Familia privarentur Porta & Præfectura, quas nunquam habuiſſent, aut habituri fuiſſent. Conſequentia igitur ex dictis verbis de directo contraria ſequitur illi, quam dictus exadverſoScribens deducebat. Quomodo enim decedente Aldobrandino ſine liberis contingere poterat privatio Coſmi & Franciſci fratrum, eorumque Familiæ? Non alio ſanè modo, niſi quia Aldobrandinus habens tali caſu facultatem diſponendi de Porta & Præfectura, ob defectum deſcendentium ſubſtitutorum ad formam Julianæ Conceſſionis in egreſſu hereditariæ, liberæ, & ad quoſcunque tranſitoriæ, & in progreſſu primogenialis, ut aliàs plenè & concludenter probatum fuit; Aldobrandinus,inquam,vel per actus inter vivos, vel per ultimam voluntatem in quoſcunque ſibi benè viſos poterat diſponere, & tali caſu Coſmus, & Franciſcus ejus Fratres in ingreſſu privati remanſiſſent illo habituali jure ſuccedendi, quod ab inteſtato utì proximiores habuiſſent in Porta & Præfectura, quibus etiam in progreſſu privata fuiſſet eorum Familia, hoc eſt effectiva, ſeu deſcendentes cum ordine primogeniture vocati, ut dictum fuit.

Confirmantur prædicta ex præſumptione illa, quòd dubitatio Papæ ceciderit quoad factum futurum poſſibile, hoc eſt Aldobrandini diſpoſitionem favore alterius potiùs, quàm Fratrum, non verò quoad jus de præterito, ſive caſum devolutionis. Clemens enim VIII., utì Pontifex, & habens ex alia præſumptione omnia Jura in ſcrinio pectoris, dubitare non potuit de vi, & efficacia antiquarum Conceſſionum Julii III., & Gregorii XIII., & liberæ Ceſſionis favore Aldobrandini Urſini ab Alexandro Creſcentio juniore factæ; Neque etiam utì homo privatus, tanquam inſignis Juris Conſultus, & Rotæ Romanæ celeberrimus quondam Auditor: undè quum haberet etiam præciſam facti notitiam, & præcipuè Decreti de non vacando, prohibitæque devolutionis *quocunque modo*, nec non individualis expreſſionis factæ de *Succeſſoribus quibuſcunque*, utique de extraneorum comprehenſione, perpetuaque duratione antiquarum Conceſſionum dubius eſſe non potuit. Maximè verò quia in utroque ſuo Brevi nullam fecit, (ut moris eſt facere in dubiis caſibus,) præſervationem jurium utriuſque Cameræ, ut facere debuiſſet, ne aliàs tantus Pontifex, & tot peritiſſimi Brevium Reviſores de negligentia, aut ſocordia in Curia arguantur; nullumque dedit idem Pontifex dubitationis indicium, dum ampliſſimè confirmavit tam antiquas Conceſſiones, quàm liberam Ceſſionem favore Aldobrandini, & ejus heredum, & *Succeſſorum quorumcunque*; & approbavit *omnia ſecuta, & ſequenda quæcunque*, ex quibus liberam diſponendi facultatem canonizavit. Quæ ſanè quum fecerit, & præſumatur in quocunque accurata rei inſpectio, ſeu diligentia, &

& præſertim in Papa quando agitur de proprio, vel Cameræ intereſſe, aut præjudicio *Add. ad Gregor. dec.* 278.*num.*14. *Bonden. Collect.*21.*n.*30. *Rota diverſor. part.*3. *deciſ.*110. *n.*3. *& in recent. part.*3. *dec.*154. *num.*42. *& cor. Seraph. dec.*1397. *num.*4. *tom.* 2., omnia ſanè conſultò facta fuiſſe, & ita ſe haberi credita, ut verè ſe habent ad terminos Juris, nemo poterit inficiari.

Quemadmodum, ex prædictis, impropria omnino fuit dubitatio in Jure quoad Pontificem, ita etiam fuit quoad Coſmum & Franciſcum impuberes, eorumque Matrem, in quibus nec Latini idiomatis, neque Juris aliqua erat peritia neque proinde dubitandi capacitas circa Conceſſionum, quas non intelligebant, interpretationem: Nam dubietas intelligentiam rei ſupponit, & verſatur circa electionem duplicis viæ, & dubitans utramque videt & intelligit, ſed neſcit adhuc quam eligat. E contra vero quoad factum futurum, hoc eſt poſſibilem Aldobrandini ære alieno gavati diſpoſitionem favore alicujus emptoris, aut Creditorum, & in præjudicium Fratrum & Familiæ, congrua admodum, & veriſimilis fuit dubitatio, etiam in impuberibus & muliere. Reſpectu denique Aldobrandini apertè conſtat, quòd ipſe de realitate, libertate, & perpetuitate ſui juris, ac duratione Conceſſionum etiam poſt proprium obitum, non dubitavit, quia Portam & Præfecturam pecunia ſua, Pontifice approbante, pro ſe, heredibus, & Succeſſoribus quibuſcunque liberè acquiſivit; & quia poſtea Fratrum Coadjutoriæ conſentire noluit, niſi illis impoſita duplici conditione, ſolvendi ſcilicet Scuta duo millia, & ferendi, ſi opus eſſet, Cognominis de Creſcentiis; quæ duo agnitionem proprii perpetui juris, & durationem antiquarum Conceſſionum etiam poſt proprium obitum ſine liberis evidenter convincunt.

Prædicta tandem omnia corroborantur ex proprietate verborum illorum -- *forſan contingeret* -- quorum prima dictio, ſeu adverbium, importat ſolam facti dubietatem, & non juris; ſecundum autem verbum eventualitatem facti, in alterutram partem futuri, manifeſtè ſignificat, ut ex *Barboſ. dict.*126.*n.* 3. *Calepin.*, & aliis mille probari poteſt.

## ARTIC. VII.

*Confirmantur proximè dicta, & alia urgentiſſima pro obſervantię noſtrę progreſſu conſiderantur.*

QUum in prædicto ſecundo Brevi Clemens VIII. pro cauſa immediata, & finali ſuæ Conceſſionis afferat poſſibilem caſum privationis Coſmi & Franciſci, eorumque Familiæ, ſi Aldobrandinus decederet ſine liberis, & ab hac conditione pendere dictum contingibilem caſum privationis ſupponat; in neceſſarium ſuppoſiti antecedens venit, quòd prædicti Coſmus & Franciſcus in antiquis Conceſſionibus vo-

Digitized by Google

vocati fuerint, & jus ſuccedendi ab inteſtato habuerint, ſi Aldobrandino, ejuſque Deſcendentibus ſuperviverent, juxta regulam æquè notam, ac nulli obnoxiam limitationi, quòd privatio ſupponit habitum, ſeu vocationem, aut jus in re, vel ad rem *Barboſ. axiom.* 189. *per tot.* aliique omnes, & *Rota* millies; Et ſic durarent dictæ antiquæ Conceſſiones Julii III., & Gregorii XIII., neque expirationi eſſent obnoxiæ, ſi perſona nominata, qualis erat Aldobrandinus, ejuſque deſcendentes deficerent; proindeque funditus corruat principale contrariarum Partium aſſumptum, noſtrumque corroboretur per hoc *Sexageſimumſextum* fortiſſimum *Argumentum*.

Ex eodem poſſibili privationis caſu ſuboritur *Sexageſimumſeptimum*, quum talis poſſibilis privatio à Pontifice ſuppoſita, neceſſarium includat antecedens, quòd Aldobrandinus prole carens ad libitum de Porta & Præfectura in quoſcunque diſponere extra Fratres, eorumque Familiam poſſet. Quum autem idem Aldobrandinus, uti nominatus ab Alexandro Creſcentio juniore, & tanquam ſuppoſitus decedere ſine liberis, eſſet ultimus ex nominatim vocatis a Julio III., & ex dictis pateat in eo ſuppoſitam fuiſſe a Clemente VIII., facti & antiquarum Conceſſionum benè conſcio & in Jure errandi incapace, liberam in quoſcunque diſponendi facultatem; & pariter ſuppoſitum fuiſſe jus, & incapacitatem ſuccedendi in Coſmo & Franciſco merè extraneis, eorumque Familia, ſeu deſcendentibus, qui non erant de ſpecialiter nominatis in dicta Juliana Conceſſione; in neceſſariam utriuſque ſuppoſiti deſcendit conſequentiam, ut quemadmodum Aldobrandino ſine liberis decedenti certum eſt ex prædictis competiiſſe liberam diſponendi in quoſcunque facultatem, ita eadem competere debeat aliis quoque omnibus; eademque ſit realis, & perpetua, includatque perpetuam pariter extraneorum quorumlibet vocationem, ſaltem in ingreſſu, ut alibi probatum fuit. Neque enim aliqua major ratio dari poterat, ut diſponere ad libitum poſſet Aldobrandinus ſine liberis decedens, qui erat ultimus de ſpecialiter vocatis, & quo ſine prole defuncto, (ſi verum eſſet Adverſariorum aſſumptum,) devolutio ſequi debuiſſet. Ea vero non ſecuta, neque ſequenda, quia Clemens VIII. ſuppoſuit, & ſupponendo diſpoſuit, ac declaravit *Add. ad Ludoviſ. dec.* 209. *num.* 7. *verſ. limitatur. Rota dec.* 360. *num.* 6. *part.* 17. *recent.* Aldobrandinum liberè potuiſſe diſponere in extraneos quoſcunque; eoque non diſponente, & ſine liberis decedente, ejus Fratribus, eorumque Familiæ, ſeu deſcendentibus omnino extraneis jus ad Portam, & Præfecturam, quibus privari poterant, competiiſſe; quis non videat, & negare audeat, illas ſemper fuiſſe, & eſſe hereditarias, liberas, & quocunque titulo ad extraneos quoslibet tranſitorias,

Hinc veritatis animadvertant amici,

ci, quàm malè exadverſo attentata fuerit extraneorum excluſio, ex dicta Secundi Clementini Brevis narrativa, ſupponente poſſibilem privationem Coſmi & Franciſci, eorumque Familiæ, ſi Aldobrandinus ſine liberis deceſſiſſet; & quàm malè incongrua appellata fuerit talis dubitatio, quæ immo fuit ſummè congrua, propria, & contingibilis, ſi dictus Aldobrandinus extra Fratres, eorumque Familiam diſpoſuiſſet, cum neceſſario ſuppoſito, quòd facere id poſſet, & liberam diſponendi ad libitum facultatem haberet, poſſetque Fratres, eorumque Familiam privare jure ſuccedendi, quod ipſis competebat ſub tacita conditione, quatenus nempe Aldobrandinus non aliter diſpoſuiſſet, ut in puncto facultatis diſponendi, competentis ex clauſula *pleno jure*, vel ex vocatione *Succeſſorum quorumcunque*, quas habemus in antiquis Conceſſionibus, cenſuit *Rota in Ariminen. Caſtrorum coram Dunozet. jun. deciſ.651. num.21. & ſeqq. & dec.715. num.2. & ſeqq. & coram Cerro deciſ. 810. num.7. & in Sarſinaten. Feudi cor. eod. Dunozet. dec.760. num.16. & in Romana ſeu Albanen. Vinearum 7. Maji 1685. §. Augetur. coram Benincaſa* ac demum *in Nullius, ſeu Forolivien. Caſtri Vallis Appii. 12. Junii 1711. §. Neque de hac, & ſeqq. & per tot. coram R. P. D. Lancetta*.

Videant etiam juſtitiam, & verum amantes, quàm benè retorqueatur contrarium argumentum dictæ poſſibilis privationis, non excluſionem vanè ſomniatam, ſed certam & incavillabilem extraneornm incluſionem, & palpabilem vocationem ad oculum demonſtrantis; Et quomodo inde contraria evaneſcat imaginaria obſervantia, eademque nobis favorabilis initium, & progreſſum accipiat, & Sole clarior emergat, dum inchoata fuit per ſolutionem Scutorum bis millium, factam ab Aldobrandino pro acquirenda, ut actualiter eam acquiſivit, ceſſione libera etiam pro *heredibus, & Succeſſoribus quibuſcunque*; Continuationem verò, & incrementum accipit eadem nobis favens obſervantia ab Auctoritate Pontificia in dicto ſecundo Clementino Brevi, privando nimirum per dictas Coadjutorias favore Coſmi, & Franciſci Hippolytum Urſinum natu majorem jure ſuccedendi ſibi debito; Et a ſucceſſiva receptione pretii Scutor. 2000. — per Aldobrandinum, ex quibus & aliis infra dicendis clara, & conſtans pro extraneis dicta obſervantia reſultat, quæ intentioni noſtræ validiſſimum dat *Sexageſimumoctavum Fundamentum*.

## ARTIC. VIII.

*Conceſſio, & reſpectivè acceptatio Coadjutoriarum non induxerunt Porta, & Præfecturæ Vitalitiam qualitatem, ſtantibus expreſſa jurium præſervatione, & defectu eorum renunciationis, undè nulla contraria induci potuit obſervantia, cui ulteriùs obſtiterunt pupillaris ætas acceptantium, ac de-*

*fe-*

Digitized by Google

*ſectus præſentis juris, aut in ſpe proxima.*

PARI facilitate reſolvitur objectum aliud Adverſariarum Partium, de qualitate ſcilicet Vitalitia, & temporali, quæ Portæ & Præfecturæ adjecta per dictas Coadjutorias dicebatur: Per eas namque ſuſpenſum dumtaxat fuit jus perpetuum, & liberum Aldobrandini durantibus Vitis Coadjutorum; & fuit a Papa ſuppoſitum, & expreſsè præſervatum per illa verba -- *Sine tamen præjuditio Conceſſionis, dicto Aldobrandino, ut præmittitur, facta* -- Talis autem Conceſſio ſive intelligatur illa Julii III., ſive illa Gregorii XIII., ſive illa Alexandri Creſcentii junioris, ut verius videtur, ex quo ipſi nominatim Aldobrandino facta fuit, & in præcedente hujus Brevis narrativa ſpecialiter exprimitur, eidemque convenit magis clauſula illa ut *præmittitur*; ſive etiam intelligatur primum Clementis ipſius VIII. Breve, in quo Apoſtolica Auctoritate approbat, & confirmat Ceſſionem dicti Alexandri junioris favore Aldobrandini, niſi veriùs illud Breve contineat potius meram Confirmationem, quàm Conceſſionem; quæcunque inquam ex prædictis Conceſſio illa ſit, cui Clemens VIII. in hoc ſecundo ſuo Brevi proteſtatur ſe nolle præjudicare, ſemper tamen præſervatum remanet Aldobrandino in Porta & Præfectura jus plenum, perpetuum, & ad quoſcunque tranſitorium, quale in omnibus & ſingulis Documentis nunc expreſſis continetur, & ex hactenus dictis abundè patet.

Ulteriùs de Jure certum eſt, quòd Proviſiones Apoſtolicæ, ſive per Reſignationes, ſive per Coadjutorias, ſive alio quovis modò fiant, non immutant, neque alterant ſtatum, jus, & proprietatem rei, ſuper qua Pontifex manus appoſuit, niſi jus habens, & proviſioni conſentiens, juri ſuo expreſsè renunciaverit, eoque ſe ſpecialiter abdicaverit, etiamſi tales proviſiones factæ, & continuatæ fuerint per longiſſimum, & pluſquam centenarium temporis ſpatium, & nunquam jus habentes reclamaverint, aut illud experti fuerint, juxta *Conſil. Calderin.26. in fin. de præbend. Rota deciſ.* 118. *num.*16. *& ſeqq. cor. Bich. deciſ.* 421. *num.*13. *& ſeqq. part.*18. *recent. & in Bononien. Parochialis* 12. *Februarii* 1680. §. *Hinc nihil relevat, & pluribus ſeqq. cor. Card. Vicecomite,* confirmata *cor. Urſino* 29. *Novemb.* 1681. *ferè per tot. & in Mediolanen. Beneficii* 1. *April.*1707. §. *nihil magis frequens, cum ſeq. cor. Anſaldo.*

Tandem data per innane ſuppoſitum Juris dubitatione in Coſmo & Franciſco, an ſcilicet decedente Aldobrandino ſine liberis durarent, vel expirarent antiquæ Conceſſiones, nihil tamen petitio, & acceptatio Coadjutoriarum illis nocere potuiſſent, nullamque contrariam obſervantiam inducere; Quia hæc ex actibus certis, univocis, & indubitatis induci debet, neque ex incertis, æquivocis, & dubiis naſci poteſt, ut notum eſt; Quia dicti



Digitized by Google

Coſmus & Franciſcus tanquam pupilli non poterant tali obſervantiæ principium dare *Rota dec.*212. *n.*1. *part.*18. *recent.* & in punctualibus, immo durioribus terminis acceptationis novæ Inveſtituræ reſtrictæ ad deſcendentes tantùm, quando aderat antiqua pro *Succeſſoribus quibuſcunque*, optimè *Actolin. reſol.*33. *n.* 13. *& ſeqq. & reſol.*34. *num.*34. *& ſeqq. & ibi Rota Bononien. num* 62. *& ſeqq.*; Quia ad prædictos Coſmum, & Franciſcum non ſpectabat jus aliquod præſens, quod competebat Aldobrandino primogenito, neque in ſpe proxima, quod habebat Hippolytus ſecundogenitus, & dictis Coſmo & Franciſco major natu, qui tali negocio non adfuit; Et quia tam de Jure, quàm de Stylo acceptatio, & petitio Coadjutoriæ ad vitam, ſine poſitiva renunciatione, non inducunt novationem, aut præjudicium potiori titulo, qui aliàs competat, ut alio loco erit probandum.

## A R T I C. IX.

*Diſpoſitiva ſecundi Brevis Clementini, uti pendens ab antiquis Conceſſionibus, earumque præſervativa, & tanquam approbativa alienationis, & pretii, certum ſupponit jus perpetuum extraneorum, vel dubium declarat cum novo titulo, & obſervantia.*

Accedentes ad partem diſpoſitivam memorati ſecundi Clementini Brevis, conſideranda multùm cenſemus pro *Sexageſimonono* tranſitus ad extraneos *Argumento* prima illa verba — *Nos igitur ſingularum Literarum, ac Inſtrumenti hujuſmodi, aliorumque de neceſſitate exprimendorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes &c. Vos eidem Aldobrandino in Officio Præfecturæ Marorum, & Porta prædictis Coadjutores eum futura ſucceſſione &c. facimus, conſtituimus, & deputamus* — Principium quippe illud *Nos igitur* oſtendit Gratiam Coadjutoriæ eſſe conſecutivam, & dependentem a præcedenter narratis, & venire ex fundamento juris præexiſtentis in Aldobrandino vigore dictionis *igitur*, quæ conſecutivam illationem a præcedenter narratis demonſtrat, neque eorum ſubſtantiam mutat *Barboſ. dict.*146. *num.*1., Et quòd idem Aldobrandini jus per ipſius mortem ſine liberis non remanebat extinctum, ſed tanquam hereditarium, & ad quoſcunque tranſitorium durabat; dum aliàs Coadjutoria collata fuiſſet in tempus ſecutæ devolutionis, & Conceſſio ſpectaſſet ad ordinariam Papæ poteſtatem, neque opus fuiſſet, immo & incongruum illam inferre a præcedentibus Conceſſionibus, & a libera acquiſitione Aldobrandini, quæ dicto tempore ſupponerentur extinctæ. Earum verò tenorem dum dixit Pontifex ſe habere pro expreſſo, utique declaravit ipſarum durationem poſt obitum Aldobrandini ſine liberis, juxta aliàs laudatum axioma, quòd ad primordium prænarratorum titulorum omnis ſubſequens

quens diſpoſitiva refertur, ſive poſterior firmatur eventus: Et inde etiam ſequitur, quòd dicta expreſſio nimis vana fuiſſet, niſi prædictæ antiquæ Conceſſiones durarent; Nam commemoratio, maximè ſi fuerit à rebus commemoratis illativa, durationem earum ſupponit; & è contra commemorare ea, quæ tempore implendæ diſpoſitionis non ſunt duratura, perinde eſt ac inferre ex iis, quæ non ſunt, aut nunquam fuerunt in rerum natura *l. ſi pro parte* §. *Verſum. ff. de in rem verſo. Surd. conſ.*190. *num.*9. *Tiraquell. de Retract. Convent.* §.2. *gloſ. unica n.*9. *Anton. Monac. deciſ. Bonon.*40. *puncto* 7. *num.*18. quod ſanè quum ſit abſurdum, & doctiſſimo illo Pontifice indignum, neceſſarium inde ſuccedit conſequens, quòd ſuppoſuerit, & virtualiter declaraverit duratura eſſe etiam poſt mortem Aldobrandini ſine liberis, in quod tempus diſpoſitio confertur, prædicta antecedentia Documenta, *heredibus, & Succeſſoribus quibuſcunque* faventia.

Eorum quoque præſervatæ, & confirmatæ vocationis *Argumentum* in ordine *Septuageſimum*, & contrariæ obſervantiæ radicitus deſtructivum reſultat ex illa expreſſa, & proximo *Art.* conſiderata clauſula præſervativa -- *Sine tamen præjudicio Conceſſionis dicto Aldobrandino, ut præmittitur, facta* --, ex qua præſervatur duratio perpetua, in illa Conceſſione exiſtens, etiam poſt obitum Aldobrandini ſine liberis, ad quod tempus Gratia tali præſervatione munita dirigitur. Habet enim talis præſervativa incluſam tacitam conditionem reſolutivam, cujus virtute, ſi dicta Coadjutoria dicto juri perpetuo præjudicare potuiſſet, habeatur pro non facta, & de medio tollatur, ex latè allegatis in *Voto Card. Caſtaldi* impreſſo *part.*14. *rec. deciſ.*536. *num.*101. *&* 102. *Rot. deciſ.*316. *num.*25. *cor. Merlin. & deciſ.*528. *num.*12. *cor. Emerix jun.* Et quod plus eſt, eadem præſervativa, tanquam appoſita contemplatione actus in futurum directi, tranſcendit terminos ordinariæ præſervationis nihil addentis, & operatur novum titulum, aut ſaltem declarationem antiqui ex dictis Conceſſionibus, ut comprehendat heredes Aldobrandini poſt ejus obitum ſine liberis; & ſtare dicitur ampliativè, & per modum principalis diſpoſitionis *Epiſcopus Rocc. Select. diſput. cap.*1. *num.*62. *Caſtald. d. Voto, ſeu deciſ.*536. *num.* 103. *& ſeqq. part.*14. *recent.*

Quatenus vero, ad ſenſum Adverſariorum, ageretur de jure incerto, & dubio (quod ex prædictis non poteſt eſſe magis clarum pro Succeſſione extraneorum in antiquis Conceſſionibus Juliana, & Gregoriana) tali caſu dicta præſervativa tranſiret in diſpoſitivam, novumque titulum hereditarium, & tranſitorium ad quoſcunque, tanquam declaratum ab obſervantia magis proxima, quæ fuit, & eſt pro perpetuitate, & duratione juris Aldobrandini, qui accipiendo pretium ſui conſenſus pro re habi-



Digitized by Google

tura effectum poſt ejus mortem ſine liberis, utique declaravit ſui juris perpetuitatem, & durationem poſt dictum tempus; ne aliàs ipſi dicatur indebitè ſolutum fuiſſe pretium pro jure, quod non habebat: Et hæc proxima, ut dicebatur, obſervantia dictam Pontificis præſervativam [quatenus per erroneum ſuppoſitum reſpiceret jus dubium] optimè declarat, certamque reddit, novumque titulum hereditarium, & liberum perficit, ut in terminis magiſtraliter *Menoch. conſ.341.n.23. Rota deciſ.379. n.20. & 21.part.18. recent.*

Denique animadvertitur ad fundandum *Septuageſimumprimum* pro nobis *Argumentum*, quòd Pontifex derogavit Conſtitutioni Sixti V. *de Officiis, ſeu Portis, mediante ſolutione alicujus pretii, vel pecuniæ non concedendis*: Hæc enim derogatio ſpeciali Conſtitutioni prohibitivæ præſupponit, quòd aliàs de Jure poſſet Aldobrandinus pretium recipere, & tanquam verus dominus alienare. Rurſus ex permiſſione recipiendi pretium ſui conſenſus pro re habitura effectum poſt illius mortem ſine liberis, liquidiſſima habetur declaratio, quòd antiquæ Conceſſiones ſunt perpetuò tranſitoriæ ad extraneos; aliàs enim ſi dicto tempore extinctæ fuiſſent, & conſequenter ſecuta eſſet devolutio, pretium Papæ, ſeu Cameræ, & non Aldobrandino fuiſſet debitum: Et nimis eſſet iniquum, & tam pio, doctoque Pontifici injurioſum ſuſpicari, quòd contra omne jus, & juſtitiam voluerit Cameram Apoſtolicam dicto pretio privare, & permittere ejus receptionem dicto Aldobrandino pro venditione juris, ſibi non competentis, ſive, ut dicitur, Solis de menſe Julii. Si ergo id Pontifex expreſsè permiſit, etiam derogando Conſtitutioni Sixtinæ, nullam poſſumus habere majorem rationem, ut credamus id fuiſſe geſtum cognita clara ſubſiſtentia liberi, perpetuique juris dicti Aldobrandini, ex memoratis, & ſuo loco expoſitis Julii III., & Gregorii XIII. antiquioribus Conceſſionibus.

## ARTIC. X.

*Quum dixit Clemens VIII., ſe antiquas Conceſſiones ad Vitas Coſmi, & Franciſci* extendere, & ampliare, *hoc facere intellexit mutando ordinem ſuccedendi in illis datum, non autem quòd ſuppoſuerit eaſdem non durare, quarum perſeverantiam ſibi cognitam certis ſignis indicavit.*

MOX expoſitam, probatamque cognitionem, & declarationem, quam fecit Clemens VIII, perpetui, & ad quoſcunque tranſitorii juris in Porta & Præfectura, ex antiquis Julii III., & Gregorii XIII. Conceſſionibus, ne in minimo quidem alterant verba illa — *Nec non ſingulas Literas prædictas ad veſtrum, & cujuslibet veſtrum Vitam ordine ſucceſſivo extendimus, & ampliamus* — quaſi videatur ſuppoſuiſſe Pontifex dictas antiquas Literas

ras

ras Apoſtolicas, ſeu Conceſſiones non excedere perſonas Aldobrandini a Creſcentio nominati, ejuſque deſcendentes; & ideo ut Coſmus & Franciſcus dictis Porta, & Præfectura gaudere poſſent poſt obitum Aldobrandini ſine liberis, & ejus linea finita, neceſſe fuerit prædictas Literas, ſeu Conceſſiones extendere, & ampliare ad perſonas in illis non comprehenſas. Hujuſmodi quippe argumentum eſt merè verbale, petens principium, erroneo innixum ſuppoſito, & nihil planè concludens. Ad illius autem ſuperficialitatem, quam unicè habet, ſolvendam, in primis diſtinguendum eſt jus actuale, & jus in ſpe proxima, ſive habituale proximum, a jure in ſpe remota, ſive lato modo habituali, & remoto, cujus quidem nulla, aut exigua conſideratio fieri ſolet, nullaque ejus æſtimatio habetur *Manſ. conſul.* 423. *n.* 17. *Oſaſcb. deciſ.* 94. *num.* 30. *Card. De Luc. de Feud. diſc.* 4. *num.* 19. *in fin. Rota deciſ.* 320. *num.* 24. & 25. *part.* 6. *recent. deciſ.* 130. §. *Nec obſtat. poſt Fenzon. ad Stat. Urb. deciſ.* 333. *num.* 2. *coram Baratt. deciſ.* 1564. *num.* 26. *cor. Coccin.* Hujus autem ſecundi generis erat ſpes, quam remotiſſimam habebant Coſmus & Franciſcus, quorum unicus erat caſus ſuccedendi in Porta & Præfectura, ſi nempe Aldobrandinus deceſſiſſet ſine liberis, nulla facta in alios diſpoſitione, ejuſque linea finita, & pariter ultimo ejus non diſponente, & rurſus deficiente ſimiliter Hippolyto ſecundo genito ſine liberis, & ſine diverſa diſpoſitione, vel ejus pariter finita linea, ultimo ejus ſimiliter non diſponente; quæ omnia copulativè concurrere debebant, ut Coſmus uti poſſet jure ſuo latè habituali, ſibique dictis omnibus concurrentibus competente ex antiquis Conceſſionibus, in ingreſſu liberis & hereditariis, & in progreſſu primogenialibus; Et poſt mortem Coſmi ſine liberis, & ſine diverſa diſpoſitione, vel ultimo ejus deſcendentium diverſimodè non diſponente, ſpes quædam ſuccedendi quaſi in concavo Lunæ tenuiſſima remanebat Franciſco. Quare Summus Pontifex, qui ſolus poterat, alterando ordinem prædictum in antiquis Conceſſionibus datum, liberum ſcilicet in ingreſſu, & primogenialem in progreſſu, conſentiente quoad ſe Aldobrandino, ademit libertatem diſponendi ultimo ejus deſcendentium ſi adfuiſſent, Hippolyto, ejuſque liberis, & ultimo eorum jus ſuccedendi quocunque modo, & reſpectivè diſponendi, durante vita Coſmi, & poſtea Franciſci, ſuſpenſo interim perpetuo jure, ipſiſque Coſmo & Franciſco uni poſt alium jus ſuccedendi proximum dedit, quod ex antiquis Conceſſionibus remotiſſimum habebant, ut dictum fuit. Hoc autem agendo, & ordinem datum intervertendo, benè dixit Pontifex antiquas Conceſſiones ad Vitas Coſmi & Franciſci extendere, & ampliare; quia juxta tunc præſentes circumſtantias, & præcedenter vocatarum perſonarum exiſtentiam, incapaces proximæ ſuc-

ceſſionis erant, eoſque capaces reddendo, quis dubitet antiquas Conceſſiones in hoc pro ſolo tempore ipſorum vitæ fuiſſe extenſas, & ampliatas? Hoc autem non concludit, quòd talis extenſio, & ampliatio, ſeu perſonarum ad tempus permutatio, ſupponat antiquarum Conceſſionum expirationem, immo potiùs earum perſeverantiam, perpetuamque durationem optimè probat: Quia quum ipſemet Pontifex approbaverit, & confirmaverit tranſlationem Aldobrandini in Fratres merè extraneos, & receptionem pretii poſt proprium obitum ſine liberis, & ſic neceſſariò ſuppoſuerit, & declaraverit jus dicto Aldobrandino liberum competere etiam propria finita linea, & conſequenter perpetuam durationem prædictarum antiquarum Conceſſionum, (ne aliàs, ut ſupra obſervatur, dicatur injuſtè violaſſe jus Cameræ, eique pretium abſtuliſſe, vel Portam & Præfecturam tunc devolvendas, quod nullo modo credendum eſt) utique ad excludendam Brevis contradictionem, & ad ſervandam quoque præſervationem expreſſam antiquarum Conceſſionum, quæ aliàs foret inutilis, ſi tempore venturi caſus extinctæ ſupponerentur; & quia demum, ut dictum fuit, cauſa finalis hujus vitalitiæ Conceſſionis fuit periculum privationis Coſmi & Franciſci, eorumque Familiæ, non contingibilis niſi per liberam diſpoſitionem Aldobrandini, vel ultimi ejus deſcendentium, vel Hippolyti ſecundogeniti, vel ultimi de ejus linea, qui caſus citra liberam, perpetuam, tranſitoriamque ad quoſcumque naturam antiquarum Conceſſionum dari non poterant; in aperto remanet, prædictas extenſionem, & ampliationem, dati ordinis dumtaxat ad tempus alterativas, in perſonis genericam habitualem vocationem habentibus, & loco prædilectarum ſubrogatis, non extinctionem antiquarum Conceſſionum, ſed ipſarum durationem demonſtrare. Quum enim debeamus ita hoc Breve interpretari, ne una pars alteri contradicat, juxta notam praxim; & certum ſit ex prædictis inter vocatos in antiquis Conceſſionibus conſiderari a Pontifice Coſmum & Franciſcum, eorumque Familiam, ſeu deſcendentes, uti privationi ſubjectos, quæ, ut dicebatur, ſupponit habitum, & vocationem; dicere nullo modo poſſumus, quòd Pontifex ſibi contradixerit ſupponendo eos non vocatos per extenſionem & ampliationem antiquarum Conceſſionum, ſed quòd talibus verbis intellexit, habentibus remotam ſpem ſuccedendi, proximam dare, & ita Literas Apoſtolicas, quæ mortuo Aldobrandino ſine liberis non dabant actualem ſucceſſionem Coſmo & Franciſco, fuiſſe ad hoc extenſas, & ampliatas, ut darent. Fuit enim vera extenſio, & ampliatio, quòd Pontifex alteraret ordinem datum in antiquis Conceſſionibus; & ſic non eſt dubium, quòd præferre Coſmum Hippolyto natu majori, ejuſque liberis priùs vocatis, & Franciſcum tam iſtis, quàm liberis

ris Coſmi, qui pariter anteriorem vocationem habebant, non fuerit extendere, & ampliare dictas antiquas Conceſſiones favore Coſmi & Franciſci, ad eorum tamen Vitas dumtaxat; quia talis vitalitia Conceſſio progreditur de termino ad terminum, quod propriè eſt extendere, & ampliare *Alexand. conſ.* 75. *num.* 3. *verſ. tunc illa. lib.* 5. - ibi - *tunc illa eſt extenſio, quæ eſt quædam progreſſio de termino ad terminum* -

## A R T I C. XI.

*De inſtrumento Conſenſus, quem duplici Coadjutoriæ præſtitit Aldobrandinus Urſinus, duplici adjecta conditione, qua agens, ſuum jus liberum diſponendi, ac durationem Conceſſionis Julii III. declaravit, & obſervantiam noſtram continuavit.*

ABſoluta in præcedentibus *Articulis* diſcuſſione ſecundi Brevis Clementini, agendum modò eſt de inſtrumento conſenſus, quem præſtitit Aldobrandinus duplici Coadjutoriæ, per Clementem VIII. indultæ Coſmo & Franciſco illius Fratribus: Ex quo ſanè conſenſu Aldobrandini tria educuntur pro tranſitu ad extraneos *Fundamenta*, quæ ſunt

*Septuageſimumſecundum*, ex quo idem Aldobrandinus imponendo Coadjutoribus primam conditionem ſolvendi ſortem cenſuum pro Scutis duobus millibus, una cum fructibus, ſe dominum Portæ & Præfecturæ agnovit poſt ſuum obitum ſine liberis, dum pro fruitione tunc effectum habitura pretium accepit; ne contra Juris notam præſumptionem dicatur, quòd alienando rem dicto tempore non futuram ſuam, ejuſque pretium accipiendo, furtum, vel, uti ajunt, truffam commiſerit.

Item *Septuageſimumtertium* ex eo deſumptum, quòd prædictus Aldobrandinus ſe, ſuoſque Succeſſores conſtituit in quaſi poſſeſſione diſponendi, etiam ſimpliciter conſentiendo dictæ Fratrum Coadjutoriæ; & obſervantiam ab Alexandro Creſcentio juniore inchoatam, & a ſe aliis actibus proſecutam per hunc quoque actum continuavit. Nam domini, vel Patroni conſenſus, præſtitus collationi Papæ, niſi hæc nominatim facta fuerit tanquam de libero, non ſolùm præſervat eorum jus, ſed eoſdem conſtituit, aut conſervat in quaſi poſſeſſione, & habetur pro diſpoſitione, aut præſentatione, ut conſtanter tenuit *S. Rota*, & ſignanter *cor. b. m. Card. Creſcentio*, cujus maxima meritis his Conceſſionibus cauſam dederunt, ut plenè alibi dictum fuit, *deciſ.* 2. *de Jurepatr. per tot.* Item *deciſ.* 481. *num.* 8. *coram Buratt. deciſ.* 407. *n.* 7. *cor. Merlin. dec.* 90. *num.* 9. *cor. S. M. Alexand. VIII. deciſ.* 509. *n.* 29. *part.* 14. *deciſ.* 421. *num.* 4. & *deciſ.* 697. *n.* 3. *part.* 18. *tom.* 2. & *deciſ.* 630. *num.* 19. *part.* 19. *tom.* 2. *recent.*

Et rurſus *Septuageſimumquartum*, quod ſuppeditat ſecunda conditio, quam Fratribus Coadjutoribus impoſuit

fuit dictus Aldobrandinus, ferendi ſcilicet Cognominis de Creſcentiis, quod agens declaravit durationem etiam poſt mortem ſuam ſine liberis Julianæ Conceſſionis, quæ tale onus imponit; aliàs enim talis fuiſſet inanis, & impropria conditio, ſi dicta Julii III. Conceſſio non fuiſſet duratura tempore effectuandarum Coadjutoriarum, mortuo nimirum ſine liberis prædicto Aldobrandino .. Inde etiam ſequitur, quòd conditionis hujuſmodi a dicta Julii Conceſſione pendentis impoſitio continuaverit, & conſtabilivevit obſervantiam interpretativam dictæ durationis, & ſic etiam facultatis diſponendi, & tranſitus in extraneos.

## A R T I C. XII.

*Ex Inſtrumento adeptæ poſſeſſionis per Coſmum & Franciſcum de Urſinis jus liberum Aldobrandini, & obſervantia confirmantur.*

INſtrumentum conſenſus, de quo ſupra, ſequitur aliud Inſtrumentum adeptæ poſſeſſionis a Coſmo & Franciſco Coadjutoribus, & ab Aldobrandino illis traditæ -- *Vigore Literarum Apoſtolicarum, ac etiam vigore deputationis per ipſum Illuſtriſſimum D. Aldobrandinum &c. & in vim conſenſus ad favorem dictorum Coſmi & Franciſci per ipſum D. Aldobrandinum ſub die &c. præſtiti &c. ex nunc prout ex tunc, ac pro dum, & quando caſus evenerit &c.* -- Ex quibus inſtrumentalibus verbis alia duo Aſſumpto noſtro accedunt *Argumenta Septuageſimum quintum, & Septuageſimumſextum*. Quorum primum habetur ponderando, quòd eadem, immo major ſit vis in deputatione, & conſenſu Aldobrandini, quàm in Literis Apoſtolicis, ſtante dictione *ac etiam*, quæ ampliat diſpoſitionem, importat majora expreſſis, & a caſu dubitabili removet omne dubium *Barboſ. dict. 112. num. 2. & per tot. Epiſcopus Rocc. Select. cap. 124. num. 23. & 24. Rota deciſ. 2221. num. 3. cor. Coccin. deciſ. 191. num. 21. cor. Bich. & deciſ. 98. num. 9. part. 17. recent.*

Alterum verò reſultat ex dictionibus *ex nunc prout ex tunc, & pro dum, & quando caſus evenerit*: Quia quum poſſeſſio ſit collata in tempus mortis Aldobrandini ſine liberis, niſi ejus jus poſt dictum tempus duraſſet, talis actus fuiſſet omnino invalidus, & fruſtratorius; neque admitti potuiſſet ex dictis clauſulis adjectis actui conditionali aliqua retrotractio ad tempus habile in præjudicium Fiſci, ſeu Cameræ, cui medio, vel eodem tempore jus per devolutionem fuiſſet quæſitum *Rota deciſ. 330. num. 28. part. 11. recent. & deciſ. 1471. num. 15. coram Coccin. & deciſ. 190. num. 11. cor. Emerix jun.* Quare ut prædicta validè, ut oportet, geſta dicantur, concludi tur jus Aldobrandini poſt obitum ſine liberis ad ipſius heredes, & Succeſſores etiam extraneos, ut erant fratres §. *Cæteri Inſt. de hered. qualit. & differ.*, fuiſſe tranſitorium, ac utì tale obſervatum.

AR-

Digitized by Google

## A R T I C. XIII.

*Exponitur Breve Gregorii XV., & ex eo noſtram corroborari obſervantiam, nullumque fomentum contrariam accipere multis probatur.*

EX dictis in præcedentibus duodecim *Articulis* hujus *ſexti Capitis*, abſolutè credimus fuiſſe radicitus extirpatam inanem prætentionem contrariæ obſervantiæ, & hanc e contra fuiſſe concludentiſſimè probatam pro hujus Operis Aſſumpto, pro quo etiam contraria retorquendo plura validiſſima *Fundamenta* conſtabilita fuerunt. Nunc verò continuando materiam, & procedendo ad expoſitionem ultimorum Brevium S. M. Gregorii XV., & S. M. Innocentii X., nova ſemper inter falcem, & manum ſeges creſcit Argumentorum, quibus dictum Aſſumptum noſtrum confirmatur nobiſque favens obſervantia perficitur.

In dicto igitur Brevi Gregorii XV., Conceſſio facta a Clemente VIII. ad vitam Coſmi & Franciſci, extenditur, & ampliatur ad Vitas Hippolyti, & filiorum dicti Franciſci: Et quum ante hujus Brevis impetrationem a Franciſco deceſſiſſet Aldobrandinus de anno 1617. inteſtatus, & ſine liberis, & inde Coſmus ſuam poſſeſſionem a dicto Aldobrandino acceptam continuaverit ſine nova apprehenſione, in hoc demonſtravit (quod eſt *Fundamentum* pro nobis *Septuageſimumſeptimum*) ſe jus ſuum recognoſcere a diſpoſitione, & conſenſu Aldobrandini, & non ab auctoritate Papæ, a qua ſi acquiſitionis ſuæ titulum recognoviſſet, debuiſſet utique novam apprehendere poſſeſſionem; quia per mortem Coadjuti titulus, & poſſeſſio Coadjutoriæ expirant, & purificatur titulus futuræ Succeſſionis, qui novæ indiget poſſeſſionis apprehenſione *Rota deciſ.637. num.4. part.1. & deciſ.122. num.2. & ſeqq. part.10. recent. & deciſ.1902.num.32. cor. Coccino*.

Demonſtratur ulteriùs ex dicto Brevi Gregorii XV. nullam reſultare poſſe contrariam obſervantiam, neque Hippolyto, aut Coſmo ullum fuiſſe præjudicium illatum in jure perpetuo ex antiquis Conceſſionibus, quod unus poſt alium conſecuti fuerunt, dum neuter Sanctiſſimo ſupplicavit, neque Hippolytus aliquam habuit Brevis ſcientiam, idemque Breve nemini eſt a tergo inſcriptum, neminem alloquitur, incipit in abſtracto *Ad futuram rei memoriam*, & a ſolo Franciſco ſupplicante fuit Conſervatoribus exhibitum, ut in ejus cale notatum apparet, ita -- *Supradictum Breve fuit præſentatum Illuſtriſſimis DD. Laurentio Alterio &c. Conſervatoribus &c. per Illuſtriſſimum D. Franciſcum Urſinum &c.* -- Undè nihil penitus præjudicii redundare potuit in prædictos Hippolytum & Coſmum ſine aliqua eorum ſcientia, quæ neque etiam fuiſſet ſufficiens ad inducendam eorum acceptationem, ſed neceſſarius fuiſſet expreſſus conſenſus,



Digitized by Google

& per actum poſitivum & formalem præſtitus *Torr. de Pact. futur. Succeſſ. lib. 1. cap. 29. num. 30. & 31.*

Rurſus neque ipſi Pontifici Gregorio conſtat notum fuiſſe jus Aldobrandini, & aliorum ex antiquis Conceſſionibus, dum ſolùm in dicto ejus Brevi inſeritur ſecundum Breve Clementinum, in quo nulla fit mentio Hippolyti, ideoque conceſſio facta intelligitur, quatenus Hippolytus, & Coſmus id ſibi eſſe utile reputaverint, & conſenſum expreſsè præſtiterint, & ſine præjudicio eorum perpetui juris ex antiquis Conceſſionibus, quod ſemper cenſetur præſervatum, niſi adſit expreſſa derogatio Regulæ 18. Cancellariæ *de jure quæſito non tollendo*, ut omiſſis aliis in magno numero ſuper hac Concluſione allegabilibus, in terminis terminantibus Portæ Urbis, nempe Salariæ, per Papam alteri conceſſæ cum clauſula *non obſtante Conceſſione alteri facta*, ut comprehenſis in priore non præjudicet, niſi dictæ Regulæ 18. derogetur expreſsè; eſt magiſtralis *Deciſio Mobedani 7. num. 6. & per tot. de reſtit. ſpoliator.* Et de Porta Palatii Bononiæ cum eadem circumſtantia, eſt optima *deciſ. 334. per tot. part. 4. diverſor.*, & egregiè in individuo pariter Portarum *Fagnan. in cap. Cæterum, n. 17. de reſcript.*

Hæc autem fortiùs procedunt, ex quo Pontifex appoſuit clauſulam — *ſine præjudicio Conceſſionis Coſmo & Franciſco, ut præmittitur, facta* — In dicta autem Conceſſione Clementis, Coſmo & Franciſco facta, ſimilis adeſt clauſula — *Sine tamen præjudicio Conceſſionis dicto Aldobrandino, ut præmittitur, facta* — Conceſſio verò per eundem Clementem facta Aldobrandino, confirmat expreſsè antiquas Conceſſiones Julii III. & Gregorii XIII., ut ſuo loco dictum fuit; conſequens ergo eſt, quòd eædem antiquæ Conceſſiones extraneis manifeſtè favorabiles, confirmatæ in prima Conceſſione Clementis VIII., quæ una cum omnibus in ea contentis præſervatur in ejus ſecundo Brevi per dictam clauſulam *ſine præjudicio &c.*, & cujus ſecundi Clementini Brevis omnia præſervantur ſimili clauſula a Gregorio XV., ab hoc etiam ipſæ inquam antiquæ Conceſſiones ſint præſervatæ; quum tales clauſulæ præſervativæ ſint uti ſingulæ pars ſingulorum Brevium, & in ſequentium præſervationibus contineantur *l. in toto 113. ff. de regul. jur. l. quæ de tota 76. ff. de rei vindic. Rot. deciſ. 97. n. 1. & 2. part. 2. recent.* Si enim Gregorius XV. præſervat præſervationes Clementis VIII. in ſecundo ejus Brevi, & hoc præſervat omnia contenta in primo, in quo expreſsè confirmantur antiquæ Conceſſiones, harum profectò confirmatio erit præſervata ſaltem mediatè in dicto ultimo Gregoriano Brevi, præſervante præcedentes aliorum Brevium præſervationes, ut ad ſenſum patet.

Conceſſio igitur hæc vitalitia Gregorii XV., uti manifeſtè præſervans jus perpetuum ex dictis antiquis Conceſſionibus, favorabilem nobis

ob-

obſervantiam conſtituit, & *Fundamentum* reſpectivè Aſſumpti noſtri *Septuageſimumoctavum*; aut ſaltem nullum dare potuit fomentum contrariæ; maximè quia dictum Breve Gregorii nullum habuit effectum, ob ſecutam ante ejus caſum mortem Hippolyti ſine filiis, & ſine diſpoſitione, & ob defectum pariter filiorum Franciſci, qui fuit illius clandeſtinus impetrator, neque illa uti potuit: Fundans enim ſe in obſervantia, oſtendere debet actus eam inducentes habuiſſe effectum *Rota deciſ.436. num.9. cor. Coccino deciſ.7. num.9. cor. Celſo, & deciſ.267. n.6. part.16. recent.* Tantoque magis, quia ipſe quoque Franciſcus prædeceſſit Coſmo, in quem proinde pervento jure perpetuo, per Coadjutorias quidem ſuſpenſo, ſed non ſublato, in hunc ſibi magis proficuum titulum mutare potuit ſuam poſſeſſionem ex titulo Coadjutoriæ, & mutaviſſe dicitur abſque ulla animi declaratione *Rota deciſ.38.n.21. part.9. recent. deciſ.221. num.19. & 20. cor. Peutinger. dec.269. num.10. coram Duran. & dec.219. num.8. ad 18. coram S. M. Alexand. VIII.*, vel utrumque uti compatibilem accumulaſſe *Poſth. de Manut. obſerv.54. num.31. Rota coram Creſcent. deciſ.5. num.3. & ſeqq. de reſtit. ſpoliator.*

## A R T I C. XIV.

*Ultima Coadjutoria, indulta ab Innocentio X. Fabritio juniori Auctori noſtro, & poſtea Vincentio fratribus de Urſinis, ſive emanaverit de conſenſu Coſmi, & cum ratihabitione dicti Fabritii, ſive non, ſemper jus ex antiquis Conceſſionibus intactum reliquit, vel confirmavit.*

QUum uſque de anno 1626. deceſſiſſet Hippolytus, & ab hoc tempore continuaverit Coſmus in ſua proprietate, & poſſeſſione Portæ & Præfecturæ uſque ad annum 1645., emanavit hoc tempore noviſſimum Breve S. M. Innocentii X., in quo conceduntur Coadjutoriæ Fabritio juniori Auctori noſtro, & Vincentio, eorumque Filiis. Hic vero animadvertendum eſt, quòd vel ſolus Franciſcus preces Papæ porrexit ſine mandato Coſmi tunc ab Urbe abſentis, ejuſque nomine gratis adhibito; & hoc caſu nihil fuit præjudicatum eidem Coſmo, & dicto Fabritio ejus primogenito, qui ex antiquis Conceſſionibus plenarium, & perpetuum ſucceſſivè jus habebant:

Aut verò ſupponitur etiam a Coſmo, vel de ipſius mandato fuiſſe preces Papæ porrectas, & Gratiam Coadjutoriæ fuiſſe a Fabritio acceptatam; & hoc caſu nedum omne evitatur præjudicium, ſed mirificè confirmatur obſervantia pro facultate diſponendi, & antiquarum Conceſſionum duratione: Quia quum in Coſmo vigeret prædictum plenarium perpetuumque jus, & ipſe alterationi ordinis ſuccedendi de regulari, vel mixto, ad irregularem conſenſerit, utique in hoc facultatem diſponendi exercuit, ex



Digitized by Google

aliàs adducta indubitata Juris regula de conſenſu domini, vel patroni dato Reſignationi, vel Coadjutoriæ, & habente vim diſpoſitionis, vel prçſentationis, & conſtituente illos in quaſi poſſeſſione diſponendi, vel præſentandi; Nobiſque proinde ſuppeditante *Argumentum Septuageſimum nonum* obſervantiæ noſtræ confirmatorium pro duratione, & perpetuitate antiquarum Conceſſionum, quæ extinctis & reſolutis Coadjutoriis, a quibus ſuſpendebantur, ad ſuum priſtinum ſtatum reverſæ ſunt. Hæc enim duo certiſſima in Jure ſunt, quòd ſi poſſeſſor & ſimul patronus alicujus Beneficii, vel Commendæ, ſupplicet pro Reſignatione, vel Coadjutoria favore alterius, & Gratiam obtineat, Reſignatarius, aut Coadjutor ab illius conſenſu Gratiam recognoſcunt, ſine quo illam a Papa obtinere non potuiſſent *Vivian. de Jurepatron. part.2. lib.5. cap.1. num.81. Gonzal. ad Regul.8. Cancell. gloſſ.5. §. 9. numer.18.* Et quòd per mortem Coadjutoris omnis effectus proviſionis Papalis expirat, tam illo prædecedente, quia Gratia effectum non habuit, & primum jus firmum manet *Gonzal. ad Regul.8. Cancell. gloſſ.52. n.44. verſ. Hinc appoſitio. Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæſt.25. num.31. Rota coram Puteo dec.225. n.18. lib.3.*, quàm ſi idem Coadjutor Coadjuto ſucceſſerit, & poſtea deceſſerit, quia ſtatim ac Gratia effectum habuit, expirat omnis affectio ob appoſitionem manus Papæ, & jus primum poſtliminio quodam ad ſuum ſtatum revertitur *Lotter. de Re Benefic. lib.2. quæſt.26. num.39. & 40. Rota coram Caſſador. deciſ.4. num.4. de cauſ. poſſeſſ. &c. dec.190. num.9. part.2. recent. & dec.355. n.13. cor. Emerix jun.* Et idem eſſe in Feudis aliàs probavimus, & in juribus Patronatus, ut ſi de hereditariis agnatitia, aut gentilitia fiant, extincta agnatione ad ſuam primævam hereditariam naturam revertantur, prout, ultra alibi allegatos, dixit *Rota in Piſana Capellaniæ 27. Februarii 1690. §. Præſuppoſito, coram Emanuel.*

Confirmantur autem hçc omnia, ex conſueta clauſula *ſine præjudicio &c.*, quæ in hoc ultimo Brevi inſerta præſervat expreſsè Conceſſionem Brevis Clementini, & per conſequens antiquas Conceſſiones ibi approbatas & præſervatas, ut dictum fuit; inducendo conditionem ſaltem reſolutivam actus ſi inde præjudicium aliquod emergat, ut in terminis Conceſſionis *Rota deciſ.123. num.5. coram Dunozet. ſen. dec.316. num.25. coram Merlin.* ubi quòd omnia cenſentur emanaſſe ſimpliciter ad majorem cautelam, & non aliàs. *dec.931. num.8. coram Dunozet. jun. dec.33. num.31. cor. Cerro, & dec.777. n.19. part.18. tom.2. recent.*

## A R T I C. XV.

*Conſolidato jure perpetuo ac libero in Fabritio juniore, hic diſponendo ad ſimilitudinem antiquarum Conceſſionum obſervantiam extraneis*

*nuis faventem continuavit , atque perfecit .*

DEfuncto Coſmo patre, Fabritius junior ejus primogenitus pacificè perſeveravit in poſſeſſione Portæ & Præfecturę uſque ad mortem , neque fuit locus Coadjutorię favore Vincentii, qui illi prædeceſſit; ideoque expiravit omnis affectio, quæ ob appoſitionem manus Papæ adeſſe poterat, & dictus Fabritius liber dominus remanſit; Idemque obſervantiam interpretativam libertatis diſponendi in quoſcunque extraneos mirificè continuavit , atque perfecit ; dum in ſuo teſtamento inſtitutis heredibus nobis Annibale, Philippo, & Jacobo fratribus de Rillis ſuis Conſanguineis, ordinavit in deſcendentibus Jacobi perpetuam primogenituram , cum obligatione aſſumendi Cognomen ipſius Teſtatoris , & ad omnimodam ſimilitudinem illius, quæ in Conceſſione Julii III. fuit conſtituta ; & dando facultatem ultimo agnato Maſculo nominandi perſonam ſibi benè viſam , quæ in Primogenitura ſuccederet , dictumque Cognomen acciperet ; & in caſum non factæ nominationis , ut in dicta Juliana originaria Conceſſione adamuſſim diſponitur, proximiorem ſubſtituendo : Undè concurſus talium ſpecialitatum , tam in dicto Fabritii junioris teſtamento, quàm in dicta Juliana Conceſſione, oſtendit quòd hanc ille fuit interpretatus pro tranſitoria ad extraneos, dum favore extraneorum eodem prorſus modo, & ordine ipſe quoque diſpoſuit, & per hoc Aſſumpto noſtro *Octogeſimum Argumentum* dedit. Neque enim novum in Jure eſt, quòd ſimilitudo circumſtantiarum arguat unum actum in ſequelam alterius fuiſſe factum , ut habemus in procuratore, qui ſi aliquid agat, quod cum circumſtantiis mandati conveniat, lex interpretatur ut agat vigore Mandati , etiamſi hoc non expreſſerit , juxta theoricam *Bartoli in l. qui in alieno §. Si is qui putabat ff. de acquir. hered. Sard. conſ.19. n.30. Rota deciſ.640. n.12. part.1. recent.* Actus quippe ſequentes præcedenti titulo conformes , in ejus vim & ſequelam geſti præſumuntur ; & quamvis facultativi fuerint , inducunt nihilominus obſervantiam *Rot. deciſ.550. num.16. & 17. part. 18. tom. 2. recent.* ubi Concordantes.

## A R T I C. XVI.

*Obſervantia centum & viginti ſeptem annorum Succeſſioni perpetuæ extraneorum ultimum , & maximum ſuppeditat Fundamentum .*

ABundè & ad evidentiam uſque conſtare creditur , ex omnibus hoc *ſexto Capite* hucuſque dictis atque probatis, de obſervantia clariſſima pro tranſitu in extraneos quoſcunque Portæ Flaminiæ & Præfecturæ Murorum Urbis ; eaque pluſquam centenaria , inchoata ſcilicet de anno 1582. , & completa

tem-

Digitized by Google

tempore mortis Fabritii junioris de annò 1709., ex qua ſanè validiſſimum pro tranſitu in extraneos *Fundamentum Octogeſimum primum* deducimus, fulcitum omni poſſibili meliore titulo de mundo, juxta notiſſimas Authoritates: Et quidem non obſtante Conſtitutione Urbani VIII., tollente omnia præjudicialia Eccleſiæ ex lapſu temporis; Quia hìc non agitur de rebus Eccleſiæ, ſed merè Laicalibus. Et certiùs quia dicta Urbana Conſtitutio Centenariam præſervat, cujus initium non ab anno 1641., quo Conſtitutio emanavit, ſed a tempore inceptæ obſervantiæ accipi debet uſque ad diem moræ litis, plenè *Rota cum Concordantibus dec.*551. *num.*2. *&* 3. *part.*19. *tom.*2. *recent.* Efficacia vero hujus Centenariæ obſervantiæ in dubium revocari nequit in noſtra hypotheſi, dum tot ſunt actus illam concludentes, neque conſtat de ullis actibus illam interrumpentibus, qui eſſe deberent poſitivè, clarè, & de directo contrarii, quorum ne unus quidem univocus & certus contra nos deductus fuit. Immo etiamſi per ſuppoſitum Papa expreſſiſſet, ſe nolle per dationem Coadjutoriarum approbare antiquarum Conceſſionum durationem, niſi etiam coegiſſet obtinentes illis expreſsè renunciare, juxta Stylum de quo inferiùs, non proindè aliquid præjudicii eſſet illatum, ut magiſtraliter cenſuit *Rota dec.*290. *num.*3. *& per tot. part.*18. *rec.* ubi agitur de proviſione ejuſdem Clementis VIII., qui primas in caſu noſtro Coadjutorias conceſſit, quique in ſpecie dictę *deciſionis*, & in dicta Apoſtolica proviſione adjecerat clauſulam -- *per præſentes non intendimus d. Juſpatronatus in aliquo approbare* -- Et nihilominus dixit *Rota*, id nihil obeſſe, ut inde talis qualificata proviſio obſtaret obſervantiæ Centenariæ, immo etiam ex ea quoque pertinentiam probari, ut ibi *n.*7. Quanto igitur magis in caſu noſtro, in quo talis declarationis nullum adeſt veſtigium, immo adſunt antiquarum Conceſſionum plures commemorationes, & approbationes; Quin etiam ipſemet Clemens dictam clauſulam non adjecit, ſed in primo ſuo Brevi expreſsè confirmavit dictas antiquas Conceſſiones, approbavitque mediante pretio translationem liberam Portæ & Præfecturæ ab Alexandro Creſcentio juniore in Aldobrandinum Urſinum; & in ſecundo Brevi contrariam adjecit clauſulam præſervativam earundem Conceſſionum antiquarum, quod & alii ſequentes Pontifices Gregorius XV, & Innocentius X. ſimiliter fecerunt, ut ſupra probatum fuit. Et in omnem caſum ad fundandam intentionem noſtram ſatis eſſet ipſa ſola materialis tranſlatio pluries ſecuta in extraneos cum voluntate, & aſſenſu Pontificis, per ſpatium pluſquam centum annorum, ut in puncto *Rota deciſ.*52. *num.*5. *part.*19. *recentior.*

AR-

## A R T I C. XVII.

*Jus perpetuum extraneorum, uti certum & clarum, ſibi conformi obſervantia non eget, neque, [ ſi adeſſet ] contraria tollitur.*

EX dictis non dubitamus liquidò apparere, & perſuaſum fore ſcientibus legem, non ſolùm deeſſe quamlibet contrariæ umbram obſervantiæ, ſed hactenus dicta longè ſuperabundare ad eam oſtendendam elatis ſignis militantem, & Centenariam pro Conceſſionum antiquarum perpetua duratione, quarum ſanè clara diſpoſitio, & indubitabilis in eis vocatio perpetua quorumlibet extraneorum, tali adjumento non indigebat; quemadmodum per contrariam obſervantiam, ſi probata concludenter fuiſſet, nihil detrimenti aut præjudicii recipere potuiſſet; Quia obſervantia attenditur ſolùm in rebus dubiis, & nihil obſtat in claris *Rota deciſ.*615. *num.* 6. *& dec.*1546. *num.*21. *coram Coccin. deciſ.*396. *num.*25. *cor. Bich.* & in terminis juris hereditarii certi & clari, non alterabilis ab obſervantia contraria pro ſolis maſculis de Familia *deciſ.*223. *num.*8. *&* 9. *part.*19. *recent.* Præſtat nihilominus ex abundanti, reliquumque eſt, ut objectionibus quibuſdam occurramus, quæ ad colorandam imaginariam contra nos obſervantiam in Scripturis contrariorum Defenſorum, ( & ut plurimum cum facti æquivocis, ) factæ fuerunt, & quarum ſingulas in ſingulis ſequentibus Articulis diluemus.

## A R T I C. XVIII.

*Præjudicium, quod ex Supplicatione Coſmi de Urſinis pro obtinenda Coadjutoria Filiis, & ex Fabritii acceptatione obveniſſe Succeſſioni ex antiquis Conceſſionibus aſſertum fuit, erroneum eſt in facti ſuppoſitis, & minùs verum in conſequentiis Juris, quæ omnes perpetuæ extraneorum admiſſioni favorabiles oſtenduntur.*

OPponebatur ergo in quadam contraria Informatione, quòd quum pro ultima Coadjutoria Coſmus Papæ ſupplicaverit, eamque Fabritius acceptaverit, quemadmodum hic illius aſſertam perſonalitatem impugnare non poterat, neque antiquas Conceſſiones allegare, ita nec nos ejus heredes poſſimus. Sed reſpondemus primò, erroneum eſſe ſuppoſitum quoad Supplicationem Coſmi patris, & Acceptationem Fabritii ejus filii, dum uterque erat abſens, & in Civitate Nepeſina, vel ejus territorio in proprio rure, vel ob diſcordias domeſticas, vel gravatæ rei familiaris farciendæ gratia, vel alia de cauſa tunc temporis morabatur, & a ſolo Franciſco Romæ degente negocium peractum fuit: Tantoque magis quia dicta Coadjutoria effectum non habuit, & Fabritius, qui ex antiquis Conceſſionibus erat vocatus, patri ſucceſſit, & illa non indiguit, potuitque,

Digitized by Google

que, & præſumitur poſſidere voluiſſe ex meliore titulo ſibi ſuperveato; & Vincentius alter deputatus ſucceſſivè Coadjutor prædeceſſit, omniſque, ſi aderat, expiravit affectio, ut probavimus.

Secunda datur reſponſio, quòd ſuppoſita etiam per diſcurſum Supplicatione Coſmi, & Acceptatione Fabritii, nihil tamen inde præjudiciale reſultat, ſed hoc valde favorabile, quòd Coſmus per præſtationem ſui conſenſus alterationi ordinis ſuccedendi antiquarum Conceſſionum, acquiſivit etiam ipſe, & continuavit quaſi poſſeſſionem diſponendi, ut pariter ſupra probatum fuit: Attento maximè, quòd Literæ Coadjutoriæ non derogant antiquis Conceſſionibus, neque Regulæ *de jure quæſito non tollendo*, ſed illas commemorant, & in earum durationis ſequelam diſponunt, & in ventre habent claram earum præſervativam: Atque etiam non omiſſo, quòd Fabritii acceptatio ſi adfuit, fuit neceſſaria pro agnoſcenda ſuprema Pontificis poteſtate, ordinem ſuccedendi alterante; neque ipſi Fabritio præjudicavit quoad jus plenarium & perpetuum, ſibi quæſitum a morte patris, undè reſoluta Coadjutoria per prædeceſſum Vincentii fratris, potuit ille cauſam poſſeſſionis ſibi mutare, & ſibi mutaſſe præſumitur, eamque ex novo utiliore titulo continuaſſe *Valeron. de Tranſact. tit.* 5. *quæſt.* 4. *num.* 15. *Poſth. de Manut. obſerv.* 54. *num.* 23. *& ſeqq. Rota in Bononien. ſeu Imolen. Bonorum* 3. *Junii* 1689. §. *Nullatenus cor. Benincaſa*. Quod maximè procedere debet in caſu noſtro, propter titulorum nedum compatibilitatem, ſed etiam identificam conſonantiam, ſatis declaratam in illis trium ultimorum Brevium verbis — *extendimus, & ampliamus* --. Quum enim Clemens VIII. in ſuo primo Brevi, relato tenore antiquarum Conceſſionum Julii III. & Gregorii XIII., & ſpeciali habita relatione ad omnia in eis *plenius* contenta, eaſdem una cum libera translatione Portæ & Præfecturæ pro certo pretio facta ab Alexandro Creſcentio juniore in Aldobrandinum Urſinum, *ex certa ſcientia confirmaverit, & approbaverit*; Et ſubinde idem Clemens in ſuo ſecundo Brevi primas fecerit Coadjutorias in perſonis Coſmi, & Franciſci fratrum Aldobrandini, cum expreſſa præſervatione præcedentium Conceſſionum, earumque *ſingulas Literas* ad illorum Vitas *extenderit, & ampliaverit*; Poſtea verò Gregorius XV. ſecundas indulſerit Coadjutorias Hippolyto, & filiis Franciſci, & ad ipſorum reſpectivè Vitas *extenſionem, & ampliationem* dicti Brevis Clementini, cujus præciſum tenorem refert, iterum latiùs *extenderit, & ampliaverit*; Ac demum Innocentius X. relatis per extenſum Clementis, & Gregorii mox dictis *extenſionibus & ampliationibus*, eaſdem in tertiis Coadjutoriis ad Fabritii, & Vincentii, eorumque ſucceſſivè filiorum reſpectivè Vitas tertia vice ipſe quoque *extenderit, & ampliaverit*: Sequitur inde neceſſario, quòd anti-

qua-

Digitized by Google

quarum Conceſſionum *approbatio*, *& confirmatio*, factæ a Clemente in ſuo primo Brevi, contineantur in ejus ſecundo, uti primum *extendente & ampliante;* atque etiam contineantur in ſequentibus Brevibus Gregoriano & Innocentiano, Clementinam Conceſſionem, antiquas in ventre habentem, referentibus, *extendentibus*, *& ampliantibus*. Nam contenta in uno continentur etiam in alio illud continente, & ſic ſucceſſivè de ſingulis, ut per ſe patet. Idemque optimè comprobant ipſa verba *extendimus & ampliamus*, quia *extenſio & ampliatio* inſeparabiliter inhærent ſubjecto extenſo & ampliato, ejuſque pars, & incrementum ſunt, atque ita ſe habent ac ſi a principio ineſſent, ut optimè in puncto de Conceſſionibus Principum poſtea ampliatis *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.1. cap.28. n.68.*

Si ergo hæc vera ſunt, & innegabilia, quonam jure, obſecro, prætenſum fuit, ultimas Vitalitias Coadjutorias abolere & obliterare antiquas perpetuas, & liberas Conceſſiones, quas *extendunt & ampliant* ad alias perſonas, cum extraordinaria interverſione ordinis ſuccedendi primitus dati, quod nihil aliud eſt, quàm illas conſervare, ratificare, & approbare cum omnibus contentis, & in additis protendere, & dilatare, abſque ulla læſione, aut diminutione, immo neceſſaria incluſione diſpoſitionis extenſæ & ampliatæ? Res enim, quum eſſe ceperint, manent *Ugo Donell. in Commentar. de Jure Civ. lib.6. cap.* 2. §. *Hic actus. verſ. Facta &c.*, actæ non extinguuntur, ſed coaleſcunt, magiſque adjectis partibus foventur, colligantur, roborantur, conſervantur, tantum abeſt ut deſtruantur.

Fortiùs autem hæc locum habent in Conceſſionibus Principum, in quibus inducta ad augumentum, favorem, & gratiam, non debent diminutionem, odium, & damnum operari, ut proteſtantur Imperatores in *l. quod favore C. de legib.* & Pontifex in *cap. quod ob gratiam. de reg. jur. in 6.* Multoque magis ſi tales Principum Conceſſiones in vim contractus factæ fuerint, quales eſſe noſtras antiquas Gregorii XIII. ex ejus Literis patet, ut aliàs dictum fuit; quia tali caſu agitur de novatione veteris Conceſſionis extinctiva, quæ ut adeſſe dicatur clarè id exprimendum eſt, neque perſonarum additio, aut mutatio, aliquid primæ detrahunt diſpoſitioni, ut apertè præcipit Imperator Juſtinianus in *l. fin. C. de novationib.* -- ibi -- *Sancimus, ſi quis aliam perſonam adhibuerit, vel mutaverit &c. vel conditionem, ſeu tempus addiderit, vel detraxerit &c. nihil penitus prioris cautelæ innovari, ſed anteriora ſtare, & poſteriora incrementum illis accedere &c.* -- undè ex litera hujus Textus clarè patet, incrementa, de quorum genere ſunt *extenſiones & ampliationes*, ſtatui, & perſeverantiæ præcedentium diſpoſitionum nihil obſtare, & cum his optimè convenire; Et quòd proindè Fabritius, quatenus Coadjuto-

riam acceptaverit, ſive veterum Conceſſionum *extenſionem & ampliationem*, nihil ſibi in jure perpetuo libero, & plenario, ex illis ad ſe pervento, præjudicavit.

Tertiò demum reſpondetur, quòd ſi per abſurdum concederetur, Fabritium ſibi præjudicare potuiſſe per ſomniatam tacitam confeſſionem extinctionis veterum Conceſſionum, reſultantem ex acceptatione Coadjutoriæ; nihil tamen ea tanquam tacita poſſet nobis ejus heredibus præjudicare *l. Ejus qui delatorem ff. de jure fiſci. Bartol. in l. Cum Filius familias 49. n. 4. ff. verb. oblig. Angel. de Confeſſ. lib. 1. quaſt. 7. effec. 5. n. 13.* Et maximè quia reſpicit articulos Juris, an ſcilicet extranei perpetuò contineantur in antiquis Conceſſionibus, & an his præjudiciales, earumque revocatoriæ ſint recentiores Coadjutoriæ, juxta receptam concluſionem, quòd confeſſio non attendatur in illis, quæ Juris ſunt *l. Ornamentorum 37. ff. de auro & argento legat.* & in ſimili *Faſar. conſ. 1. num. 28. Giovagnon. reſp. 63. num. 114. lib. 1. Rot. dec. 1342. n. 16. coram Coccin. & deciſ. 117. num. 33. cor. Rojas.*

## ARTIC. XIX.

*Etiam in ultimis Conceſſionibus Vitalitiis Gregorii XV., & Innocentii X. præſervatæ fuerunt antiquæ perpetuæ Julii III., & Gregorii XIII., quibus nec fuiſſet præjudicatum, etiamſi deeſſent dictæ expreſſæ præſervativæ, niſi illæ fuiſſent mente & verbis per dictas poſteriores revocatæ, & niſi mente ac verbis illis fuiſſet renunciatum: ſtante potiſſimùm ampliſſima clauſula derogatoria in Brevi Gregorii XIII. quibuſcunque futuris revocationibus, cujus vis maxima expenditur.*

Oppoſitum quoque fuit, quòd minimè ſuffragari valeat præſervativa, quæ eadem ad literam legitur in duobus ultimis Brevibus Gregorii XV. & Innocentii X. per hæc verba -- *ſive tamen præjudicio Conceſſionis, praditis Coſmo & Franciſco, ut præfertur, factæ* -- quia ſcilicet relationem non habeat ad antiquas Conceſſiones, ſed tantùm ad Breve Clementis VIII. ſecundum, cujus Conceſſio fuit Vitalitia & temporalis, ſuppoſuitque contingibilem privationem eorundem Coſmi & Franciſci, eorumque Familiæ, ſi Aldobrandinus ſine liberis deceſſiſſet, hanc afferendo dubitationem incongruam ſi antiquæ Conceſſiones eſſent perpetuæ, & ad quoſcunque tranſitoriæ.

Sed objectionis hujus utraque pars plenè ſuperiùs ad nihilum redacta fuit; dum prima prætenſæ reſtrictæ relationis ad ſecundum Breve Clementinum refellitur ſupra *artic. 13.* hujus *5. capit.*, ubi oſtenditur, quòd dictum ſecundum Breve Clementis præſervat omnia contenta in ejuſdem primo, in quo approbantur, & confirmantur nominatim antiquæ Conceſſiones, & libera diſpoſitio Alexandri junioris de

Digitized by Google

de Creſcentiis favore Aldobrandini, ejuſque *heredum & ſucceſſorum quorumcunque*; ita ut poſteriores præſervationes ſecundi Brevis Clementini, utì continentes præſervationem contentorum in primo, contineant etiam prædictas perpetui juris approbationem, & confirmationem, in eodem primo lucidè expreſſas.

Secunda vero objecti pars reſpiciens dictam contingibilem privationem, mirificè retorta fuit, & pro fortiſſimo argumento tranſitus in extraneos adducta *art.6.* ejuſdem hujus *cap.5.*, oſtendendo inter alia, quòd contingibilis illa privatio Coſmi & Franciſci, eorumque Familiæ ſequi non poterat niſi de facto, id eſt diſponente in alios extra Familiam Aldobrandino;& quòd hoc ſupponere fuit admittere in eo liberam diſponendi facultatem in quoſcunque, quo nihil clarius adduci poteſt ad confirmationem Aſſumpti noſtri. Quibus ſanè jam plenè, & pręventivè factis animadverſionibus, contraria penitus eradicata, & directè retorta fuit vaniſſima iſthæc objectio.

Verùm nihilominus ex abundanti addimus, quòd in omnem peſſimum, & impoſſibilem caſum, ſi contra patentiſſimam veritatem ſuſpicari aliquis facta neſciens poſſet, quòd ex modernis Coadjutoriis, ſeu Vitalitiis Conceſſionibus aliquid umbræ, & dubitationis fuerit ingeſtum antiquis Conceſſionibus, earumque perpetuo, & tranſitorio juri in extraneos; dicique alio modo poſſet ambiguum, an ipſis videatur quodammodo derogatum; omnis profectò difficultas removetur animadvertendo, quòd conſtito de antiquarum Conceſſionum duratione, quam ſupra evidentiam probavimus, quælibet reſtrictio poſteriorum Conceſſionum ad certas perſonas contra formam præcedentium, dici deberet facta per errorem, & præoccupationem; Ne aliàs Summus Pontifex publicam fidem, & juſjurandum pro præſtito habitum a Prædeceſſoribus ſuis violaſſet, jus ſuum ſine cauſa abſtuliſſet vocatis, maximè omiſſa derogatione Regulæ *de jure quæſito non tollendo*; & Conceſſionarii ſine ulla renunciatione, & ſcientia præjudicii jus ſuum projeciſſent: quæ nullo modo dicenda ſunt. Niſi enim Concedens mente, & verbis claram exprimat derogationem; & niſi Acceptans mente pariter & verbis jus ſuum dimittat, aut reſtringi patiatur, nunquam dicitur antiquis Conceſſionibus derogatum. Et licèt hujuſmodi propoſitiones certiſſimæ ſint, omnibuſque in Foro verſantibus notæ, & Auctoritatum confirmatione non indigentes; adhuc ad majorem apertæ veritatis confirmationem, inter innumeras, quæ adduci poſſent, ſequentes magis pręciſas, & ab amico Lectore videndas ſelegimus, nimirum *Fagnan. in cap. cum olim. de ſent. & re judic. n.11. & multis ſeqq. Menoch. præſumpt.91. per tot. lib.3. Roſental. de Feud. cap.6. quæſt.69. n.14. & ſeqq. ibique gloſſa lit. R. Actoliv. reſolut.33. per tot.*



Digitized by Google

*tot. & reſolut.* 34. *num.* 28. *ad* 45. *& poſt eas Rota Bononien.*, cujus Deciſionem in ea cauſa per extenſum adducit poſt dictam *reſol.* 34., cujus erat idem caſus, & fortior noſtro, & reſolutum fuit, quòd nova Conceſſio reſtricta ad maſculos, & lineam maſculinam tantùm, & per ſtipulationem acceptata, non deroget antiquæ pro *Succeſſoribus quibuſcunque* conceptæ.

Hæc autem ſi vera ſunt in caſu millies duriore, longè veriora eſſe debent ſtantibus antiquarum Conceſſionum circumſtantiis, quas ignoraſſe credibile eſt poſteriores Pontifices, qui Coadjutorias indulſerunt. Earum potiſſima illa eſt, quæ in Conceſſione Gregorii XIII. legitur -- *Ac etiam præſentes Literas validas, & efficaces, aut ſub nullis ſimilium, vel diſſimilium Conceſſionum revocationibus minimè comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum repoſitas, & plenariè reintegratas fore, & eſſe; & ſic per quoſcunque Judices &c. ſublata &c.* -- Cujus quidem effrenatiſſimæ clauſulæ, & perrarò apponi ſolitæ effectus eſt, ut niſi in poſterioribus Literis ſpecialis illius fiat mentio, & ſpecialiter abrogetur, nullo modo per poſteriores reſtrictiones, etiam expreſſas & literales, antiquarum Conceſſionum jus habentibus cenſeatur præjudicatum, ut in puncto talis clauſulæ, ſeu Decreti in Literis Apoſtolicis, & in caſu fortiori derogationis expreſſæ, & ampliſſimæ, & cum derogatione derogatoriarum, firmavit *Rota coram Seraphin. dec.* 1271. *num.* 3. *& per tot.* Quanto igitur magis, nullis in caſu noſtro exiſtentibus antiquarum Conceſſionum derogationibus, immo appoſitis commemoratione illarum, & clauſula *ſine præjudicio*, ut dictum fuit.

Accedit denique notorius Stylus Summorum Pontificum in Gratiis concedendis, ut quoties ſuſpicari poſſunt adeſſe jus Cameræ, vel Datariæ, purificatum, vel purificandum, vel id expreſsè præſervant, cum declaratione quòd nova Gratia non intelligatur conceſſa in ſequelam, & dependentiam juris ab Impetrante prætenſi; vel eum renunciare cogunt prætenſo juri, ut in praxi frequenter; & de præcedente cautela adhibita a Clemente VIII., eſt caſus in aliàs allegata *Rota deciſ.* 290. *num.* 3. *verſ. Nec relevante*, *part.* 18. *tom.* 1. *rec.*

## ARTIC. XX.

*Reiteratum Objectum de ſimplici nominatione Aldobrandini Urſini in his ultimis Brevibus præſervata, iterum reprobatur, & retorquetur ex rationibus aliàs dictis, & ex quo Alexander Creſcentius junior expreſſit in inſtrumento, ſe diſponere in Aldobrandinum, quod valde differt, & longè plus eſt, quàm ſimpliciter nominare.*

NON timuit etiam contrarius ille Scribens attentare, quòd clauſula præſervativa in Coadjutoria

ria Coſmi, & Franciſci eſſet contra Nos retorquenda, utì relata ad nominationem, quam fecit Alexander Creſcentius junior Aldobrandini, non utendo ea facultate, quæ ſibi competiiſſet ſub qualitate Officii liberi & tranſitorii ad quoſcunque, ſed facultate conceſſa ultimo de Familia Creſcentia nominandi unum Succeſſorem cum ſubſtitutione ejus deſcendentium, itaut mortuo ſine prole dicto Aldobrandino, cum ejus perſona talis titulus expiraverit. Sed quàm vanum, & in ſuppoſitis facti erroneum ſit argumentum hoc, alia vice exadverſo allatum ad colorandam imaginariam obſervantiam, abundè probavimus ſupra hoc eodem *cap.6.art.*3. & ibi dicta non decet,& piget repetere; quia ſatis oſtenſum fuit, Alexandrum Creſcentium ultra nominationem Aldobrandini, eum quoque ſubrogaſſe in omne jus, & privilegium ſuum, & hoc ei conceſſiſſe, & ceſſiſſe, cum obligatione expreſſa, & tacita *pro heredibus, & Succeſſoribus quibuſcunque*, & cum receptione pretii, quod aliàs in ſimplici nominatione fuiſſet indebitum, & turpiter acceptum, ex Auctoritatibus dicto loco allegatis.

Unum hìc addimus, quòd Creſcentius non ſimpliciter nominare, ſed etiam plenè diſponere proteſtatus apertè fuit in inſtrumento, ubi de eo dicitur -- *& propterea de Officio, & Porta hujuſmodi diſponere intendat &c.* -- Conſtat autem, quòd ſimplicem nominandi facultatem habens non poteſt diſponere, & quòd nominare non eſt diſponere, quum jus nominati non a nominante, ſed a mandante nominationem dependeat, & ab eo in totum recognoſcatur, ad notum Textum in *l. unum ex familia* §. *Si de falcidia ff. de legat.*2. & omnes paſſim.

Poſſet etiam ad propoſitum animadverti, quòd Clemens VIII. non ſolùm hanc translationem, & ſubrogationem Aldobrandini in omne jus Alexandri Creſcentii, & *omnia ſecuta, & ſequenda quæcunque*; ſed etiam antiquas Conceſſiones, earumque *pleniorem* continentiam approbavit, & confirmavit, & ſic etiam perpetuitatem pleni juris, expreſſam pluries vocationem *Succeſſorum quorumcunque*, & Decretum de non vacando, ſeu prohibitæ *quocunque modo* devolutionis, & ſpecialiter in caſum mortis civilis, aut naturalis omnium *deſcendentium prædictorum*, ideoque etiam perſonæ nominatæ, ejuſque deſcendentium, utì expreſsè vocatorum ſuperiùs, & quorum vocatio ab Adverſariis non controvertitur, immo ponitur in ſuppoſito hujus, quem refellimus, paralogiſmi: Sed quoniam hæc alibi pluries per extenſum expoſita fuerunt, & præſertim ad oſtendendam comprehenſionem pleniſſimam antiquarum Conceſſionum in dicta præſervativa ſecundi Brevis Clementini, ut ſupra factum fuit hoc ipſo *cap.* 5. *art.*8. 9. & 10., Et quia contrarium argumentum ex ſe ipſo non concludens, & nimis futile apparet, ideo ſuperfluum eſt ſuper eo ampliùs tempus, & verba terere.

AR-

Digitized by Google

## A R T I C. XXI.

*Proponitur, & ſolvitur vaniſſimum quoddam contrarium Trilemma.*

INter omnes vaniſſimas vanitates illud ſanè principem ſibi locum vindicat argumentum, in figura Trilemmatis nobis oppoſitum, quod indubitatis facti & juris erroribus contextum, ita ſe habet: Aut modernæ Conceſſiones Vitalitiæ ſunt contrariæ antiquis, aut ſunt compatibiles, aut ſunt dubiæ. Si ſunt contrariæ per eas antiquæ correctæ, & moderatæ fuerunt: ſi ſunt compatibiles, poſteriores derogaverunt prioribus: ſi ſunt dubiæ, & juridica declaratione indigentes, hanc habuerunt ab obſervantia. Quid ergo reſpondebimus? Idem planè Trilemma, verſis dumtaxat in alias veriſſimas falſiſſimis conſequentiis. Si enim inter antiquas, & modernas Conceſſiones adeſt contrarietas, non indè ſequitur, quòd hæc illis derogaverint: Quidquid enim ſit in legibus, & ultimis voluntatibus, quarum noviſſimæ derogant prioribus; res utique in contrarium ſe habet in actibus inter vivos, quorum qui tempore priores, potiores ſunt poſterioribus, & nihil eſt in Jure tam notum omnibus; præſertim verò attenta clauſula duorum primorum Brevium Gregorii XIII., quòd ſuæ Confirmationes, & Conceſſiones vim habeant validi, jurati, & efficaciter ſtipulati Contractus inter ipſum Pontificem, ſuamque Cameram ex una parte, & Conceſſionarios ex altera; & ſimul per ora etiam muliebria volitante adagio, primum eſſe attendendum contractum, & ultimum teſtamentum. Sunt autem in hoc magiſtrales Textus, generaliter quidem in *l. fin. C. de novationib.*, cujus verba ſuperiùs exaravimus, ſpecialiter verò in noſtra *Perpetuariorum* materia, juxta adductam Imperialem Conſtitutionem in *l. fin. C. de locat. prædior. Civilium &c.* cujus verba, aliàs exſcripta, hìc utiliter ſunt repetenda, & ſequentia ad rem noſtram ſunt. *Apertè enim definimus hoc Edicto, ut a Perpetuario numquam poſſeſſio transferatur, etiamſi alteri eam Imperator, vel exoratus, vel ſponte donaverit, ſive adnotatione, ſive pragmatica: Cui ſi fortè contra Perpetuarium Vir illuſtris Comes privatarum rerum, dum allegabitur, acquieſcet; & de proprio ipſe centum libras auri, & alias centum Fiſci juribus Palatinum inferre cogatur Officium; nec tamen poſt allegationem habebit hujuſmodi juſſio firmitatem &c. Jure igitur perpetuo publici contractus Perpetuarius ſecurus ſit, & intelligat, neque a ſe, neque a poſteris, vel his, ad quos ea res vel ſucceſſione, vel donatione, ſive venditione, vel quolibet titulo pervenerit, eſſe retrahendam.* Qua ſanè Imperiali lege nihil eſſe poteſt magis perſpicuum pro oſtendenda prælatione primarum Conceſſionum poſterioribus, quæ illis fuerint directo contrariæ; vetantibus publica fide, & honore ſupremorum Principum, ut quæ ſemel data ſunt, auferantur, & quod privatis

tur-

Digitized by Google

turpiſſimum, & criminoſum eſſet; illis ſit permiſſum. Et in terminis Apoſtolicarum Conceſſionum, quòd a poſterioribus contrariis invulnerabiles ſint jam ſuperiùs allegatæ fuerunt in terminis longè fortioribus *Rotæ dec.* 1271. *num.* 3. *cor. Seraphin.* & *dec.* 290. *num.* 3. *part.* 18. *recent.* & in terminis terminantibus adductæ jam ſunt *reſolut.* 33. & 34. *Actolini*, cum *Deciſ. Rotæ Bonon.* ibi tranſcripta.

Si verò prædictæ antiquæ, & modernæ Conceſſiones ſint compatibiles, quomodo iſtæ illis derogabunt, ſi ſe invicem patiuntur, hoc eſt non continent aliquam voluntatis deſtructivam mutationem?

Si demum dubiæ fuerint, an fortè plus operabitur incerta Concedentis voluntas, quàm certa? Et quod ipſe Concedens per claram contrarietatem, aut incompatibilitatem facere non potuiſſe, aut noluiſſe certum eſt, an per obſcuram feciſſe dicemus?

Obſervantia verò [quam pro nobis militare evidentiſſimis demonſtrationibus comprobavimus] ſi per erroneum ſuppoſitum adeſſet contraria, quid faceret? nihil, ac penitus nihil, quia claris exiſtentibus antiquis Conceſſionibus pro tranſitu in extraneos, & cadente ſolùm dubitatione ſuper modernarum contrarietate, quæ etiam certa non obſtaret, ſuppoſita obſervantia nihil concluderet adverſus certam & claram primarum Conceſſionum diſpoſitionum, ut infra in ſpeciali ſolutione tertiæ partis contrarii Trilemmatis demonſtrabitur, cujus ſingulas partes per totidem Articulos proximè ſequentes, ad pleniorem talis ſophiſmatis deſtructionem, enucleare decrevimus.

## ARTIC. XXII.

*Prima contrarii Trilemmatis pars, ſupponens modernas Conceſſiones antiquis contrarias, ſpecialiter reprobatur per interlinearem commentationem.*

PRima igitur animoſi Trilemmatis pars a prædicto contrario Scribente ita concepta fuit -- *Quibus ſtantibus ceſſant omnia, quæ ex adverſo deducuntur ex antiquis Brevibus, ſeu Conceſſionibus Julii III., & Gregorii XIII., Aut enim illæ contrariæ, & diverſæ ſunt a modernis, & ſublatæ remanſerunt per iſtas acceptatas, & executas per ſucceſſores* (non quidem a Fabritio Auctore noſtro, qui tempore ultimi Brevis Innocentiani erat puer, filiusfamilias, & abſens, nullumque actum acceptationis neque tunc, neque poſtea unquam geſſit, & poſſediſſe præſumitur ex meliore, antiquiore, perpetuoque jure antiquarum Conceſſionum, ut aliàs probatum fuit) *præcedentium inveſtiturarum* (Conceſſionum dicere debuit, quia inveſtituræ nunquam petitæ, aut conceſſæ fuerunt, neque peti, aut dari debuerunt, juxta literam alibi expoſitam Statuti Urbis *lib.* 1. *cap.* 125.) & *Auctorem D. Adverſarii, qui illas impugnare non poſſunt, ex allegatis;* (Er-

Digitized by Google

(Erronea hæc eſt, & in Jure non ſubſiſtens illatio, ex plenè dictis ſupra *artic.* 18.) *Nec non a clauſula ſublata, aliiſque derogatoriis, ac Decreto irritanti, in iſtis adhibitis, indiſpenſabiliter operantibus, quòd de aliis diverſis Conſtitutionibus* (non ſine myſterio facta fortè fuit hæc nominis permutatio, dum loco *Conceſſionibus*, ut dici debuiſſet, ponitur *Conſtitutionibus*, ut applicentur Auctoritates paullo poſt allegatæ, quæ loquuntur de legibus, ſeu *Conſtitutionibus*, & his benè conveniunt, ut poſteriores contrariæ antiquioribus derogent, ſed non applicantur *Conceſſionibus*, quæ antiquiores ſemper prævalent, neque ſunt a poſterioribus etiam contrariis revocabiles, tanquam habentes vim *publici contractus*, ut eas vocant Imperatores Theodoſius, & Valentinianus in dicta *l. fin. C. de locat. prædior. Civil.* &c., cujus verba in proximo *Artic.* exſcripſimus, & quales in caſu noſtro ad terminos dicti juris conſideravit Gregorius XIII.) *nulla, vel minima ratio haberi poſſit. Paris* &c.

Ad everſionem hujus primæ partis contrarii Trilemmatis ſuperabundant commentatiunculæ, ſive gloſſulæ interlineares a nobis appoſitæ, oſtendentes non conſtare de Fabritii Auctoris noſtri acceptatione Coadjutoriæ, præſumendo in eo poſſeſſionem ex meliori titulo antiquarum Conceſſionum; quod in omnem caſum factum Auctoris in hypotheſi nihil heredibus obſtaret, ex alibi probatis; Et quòd in Conceſſionibus Principum non datur revocatio ex poſterioribus etiam contrariis, quidquid ſit in legibus, ſeu Conſtitutionibus, quarum nomen æquivocè fuit exadverſo uſurpatum, & quibus conveniunt Auctoritates in contrarium adductæ.

Cæterùm ab his etiam, licèt veriſſimis, & objectum elidentibus præſcindendo, ſatis eſt dicere, quòd de more erratur in facto; Quia fuit evidenter demonſtratum Summos Pontifices, indulgendo Coadjutorias, noluiſſe in minimo derogare antiquis Conceſſionibus, quas ſpecificè præſervaverunt, & confirmaverunt, & pro quarum præſervatione & confirmatione roborandis, & in augumentum Gratiæ, ac beneficium impetrantis appoſuerunt clauſulam *Sublata* &c., Decretum irritans, aliaſque derogationes, quas nimis iniquum eſt, contra mentem Summorum Pontificum & contra Leges, velle in odium & præjudicium Conſequentium gratiam retorquere, ex alibi plenè dictis, atque probatis.

## ARTIC. XXIII.

*Similis fit gloſſula interlinearis ſecundæ Trilemmatis parti, ſupponenti antiquarum & modernarum Conceſſionum compatibilitatem, cum plena contrariæ illationis rejectione.*

SEquitur ſecunda Trilemmatis contrarii pars in hæc verba — *Aut dictæ Conſtitutiones, & Conceſſiones* (Credamus ne, quòd ille Scri-

Scribens acceperit pro ſinonymis *Conſtitutiones*, & *Conceſſiones*, & neſciverit ſolemnem, & ipſis tyronibus notam inter utraſque differentiam? An potiùs, ut ſuperiore Articulo dicebamus, ſuſpicabimur illas fuiſſe confuſas, & pro eiſdem habitas, ut via ſterneretur Concluſionibus, quæ legibus & Conſtitutionibus applicentur, quæ tamen nihil commune habent cum Conceſſionibus, toto cœlo diverſis? Quid in conſilio fuerit ſcire non curamus, & judicium prudentiæ Lectoris relinquimus) *ſunt inter ſe compatibiles, & ſemper poſteriores præferri debent prioribus, juxta notiſſimam regulam, de qua Textus in l. ſed & poſteriores ff. de legib. l. Pacta noviſſima, ubi Decius, C. de pactis. Bald. conſ.*223. *in priv. lib.*1. *Alexand. conſ.*122. *lib.*4. *Surd. deciſ.*195. *num.*7. *Seraphin. dec.*1271. *num.*1. Has tranſcripſimus Auctoritates, ut cognoſcatur, quàm magna fuerit hujus Scribentis fiducia, quòd libri non aperiantur; dum ſuper facto vero ſuppoſitæ compatibilitatis antiquarum Conceſſionum cum modernis, allegatur falſa Concluſio, & quod magis eſt, cum Doctrinis loquentibus in contrario caſu incompatibilitatis, & in eo quoque dicentibus totum contrarium.

Nam Textus in *dicta l. ſed & poſteriores &c.* ultra quòd loquitur de legibus, & ad rem non facit, poſita exceptione in contrariis, & ſic extra ſuppoſitum noſtrum, firmat regulam pro incluſione poſteriorum in antiquioribus, ita -- *Sed & poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contrariæ ſint* -- ubi *Gloſſa* inquit in verbo *pertinent*, quòd poſteriores leges a prioribus determinantur, & ſupplentur. Si ergo hic Textus caſui noſtro applicetur, neceſſariò dicendum eſt, modernas Vitalitias Conceſſiones ſupplendas, & determinandas eſſe ab antiquis perpetuis, & ad quoſcunque tranſitoriis.

Alter verò Textus in dicta *l. Pacta noviſſima C. de pact.* ſupponit imprimis contrarietatem inter pacta priora, & poſteriora, & ſic cauſum contrarium ſuppoſitæ a dicto Scribente compatibilitatis: Item ſupponit utriuſque Contrahentis præciſum conſenſum, præcedenti pacto contrarium, & ideo longè diſtat a caſu noſtro, in quo nulla apparet voluntas, neque aliqua verba ſunt Pontificum, aut Supplicantium pro receſſu ab antiquis Conceſſionibus, immo adſunt earum multiplices præſervativæ, & Confirmationes ſaltem implicitæ & relativæ. Rurſus idem Textus ſupponit exiſtentiam primævę obligationis, ſive cauſæ debendi, & quòd poſtea creditor debitori fecerit pactum de non petendo, & quòd deinde debitor hoc pactum per aliud novum remiſerit, & concludit non prohiberi Creditorem actionem ex dicta primæva obligatione exercere; & ſic benè confirmat intentum noſtrum, dum reſoluta in Fabritio omni prætenſa affectione, tam per implementum Coadjutoriæ, quàm per prædeceſſum Vincentii

N fra-

Digitized by Google

fratris, ut ſuo loco dictum fuit, res ad ſuam primævam naturam, & ad perpetuitatem antiquarum Conceſſionum reverſa fuit, quibus uti, neque ille prohiberi potuit, neque nos poſſumus, juxta literam dicti *Textus*: Quem ulteriùs *Gloſſa* interpretando affirmat, pacta noviſſima ſervari oportere ſi contraria fuerint primis, & niſi prima fuerint derogatoria poſteriorum, qualis adamuſſim eſt antiqua Conceſſio Gregorii XIII., continens clauſulam illam — *Et præſentes Literas &c. ſub nullis ſimilium, vel diſſimilium Conceſſionum revocationibus minimè comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum repoſitas, & plenarie reintegratas fore, & eſſe &c.* Quæ ſanè verba rem in claris ponunt, tam in hac ſecunda parte Trilemmatis ſupponentis compatibilitatem, attenta illa particula — *Sub nullis ſimilium* —; quàm in prima illius parte cum ſuppoſito incompatibilitatis, ex verbis illis — *vel diſſimilium Conceſſionum revocationibus minimè comprehenſas* — Noluit enim Gregorius Conceſſionem ſuam revocari unquam poſſe per poſteriores Conceſſiones, ſive *ſimiles* & compatibiles, quod de Jure ſequi non poteſt, idque expreſſit ex abundanti; ſive eſſent *diſſimiles*, ſeu contrariæ, & hoc ad tollendam omnem imaginabilem dubietatem, removendamque omnem futuram poſſibilem Cameralium vexationem, per eaſdem licèt vanas oppoſitiones, quæ nobis ſumma injuria factæ fuerunt.

*Bald. d. conſ.* 223. *lib.* 1. ad rem non facit, quia loquitur de Statutis, & an poſterius priori deroget: immo *num.* 4. *in fin.* concludit pro nobis, & pro primo Statuto, dum in ſecundo non aderant expreſſa mentio caſus primi Statuti, & ejus præciſa derogatio.

Eandem ſpecialem derogationem primo Statuto requirit in ſecundo *Alexand. conſ.* 122. *lib.* 4. *num.* 7., ubi quòd generales revocationes, & derogationes non ſufficiunt.

Sic etiam *Surd. dicta deciſ.* 195. *num.* 6. & 7. dicit poſteriores leges non corrigere antiquiores, niſi id expreſsè, & de neceſſitate inferatur.

Demum *Rota cor. Seraphin. dicta dec.* 1271. non poteſt eſſe magis favorabilis, firmando concluſionem directè contrariam ei, pro qua exadverſo allegatur; & eſt doctrina punctualiſſima pro Aſſumpto noſtro, & in caſu millies fortiore; dum vigore paullo ſuperiùs adductæ clauſulæ *Ac præſentes Literas &c.* firmat, poſterioris Conceſſionis ampliſſimas & ſpeciales derogatorias, & derogatoriarum derogatorias nihil obeſſe primæ Conceſſioni, ob non factam ſpecialiſſimam mentionem, & derogationem dictæ clauſulæ *Ac præſentes Literas &c.*; Et quia etiam derogatum non fuit Regulæ *de jure quæſito non tollendo*. Videat ergo Lector amicus, quomodo contrariæ propoſitiones, & Auctoritates ad hominem retorqueantur; & quomodo etiam ex ſola naturali ra-

Digitized by Google

ratione, corruat pars ſecunda hujus Trilemmatis; dum involvit manifeſtam contradictionem ſive implicantiam, quòd poſteriores Conceſſiones ſe cum prioribus compatiantur, & ſimul his derogent, eaſque tollant; Nàm *compati* eſt idem, ac ſimul ſive invicem pati, & quod alterum patitur id non tollit; & ſi tollat, id non patitur: Undè contraria propoſitio continet contradictoriam illationem ſuppoſito, ſive contradictoriam conſequentiam antecedenti, & idem ſonat, ac ſi dictum fuiſſet -- *poſteriora ſunt cum prioribus compatibilia, ergo eadem ſunt incompatibilia* -- Sed nimis de hac vanitate jam dictum, neque decet nos ampliùs hac de re diſputare.

## A R T I C. XXIV.

*Pars tertia oppoſiti Trilemmatis, quæ ſupponit antiquas Conceſſiones obſcuras & dubias, & ab obſervantia declarabiles, erronea in omnibus ſuppoſitis demonſtratur, quia illæ clariſſimæ ſunt, nulla adeſt contraria obſervantia, & ſi adeſſet nihil in claris faceret, & quia pluſquam centenaria pro nobis militat.*

TErtia demum pars memorati Trilemmatis ita ſe habet -- *Aut denique antiqua Brevia ſunt dubia, & obſcura, ideoque indigentia juridica interpretatione, & illa nec melior, nec certior haberi poteſt, quàm ab obſervantia ſubſecuta, de qua Rota, &c., nec non ex aliis ſimilibus Brevibus, & Conceſſionibus Summorum Pontificum, ut optimè &c. Fortiùs verò ex facto, & conſenſu plurium Intereſſatorum, de quo Rain. &c.* -- Res hìc ex oppoſito agitur, dum in ſecunda parte mox confutata facto vero jus erroneum aptatur, hìc autem veris Concluſionibus ſuppoſita facti non ſubſiſtentia junguntur. Antiquæ enim Conceſſiones neque dubiæ ſunt aut obſcuræ, neque Conceſſiones modernæ Vitalitiæ aliquam continent contrariam nobis, ſed ſummoperè favorabilem declarationem; neque modernorum jus habentium aliquod adeſt factum, aut conſenſus; vel ſi adſunt, nihil præjudicant antiquis Conceſſionibus, immo earum durationem indicant, aut ſupponunt, ut ſuo loco probatum fuit. Nullo itaque modo verum eſt, quòd antiquæ Conceſſiones Julii III. & Gregorii XIII. dici poſſint dubiæ, aut obſcuræ. Quum enim dubium eſſe poſſit, vel in facto, vel in jure, utique in facto nulla adeſt, neque exadverſo prætenſa fuit aut excitata difficultas, quæ dubitationi Judicum dare locum poſſet; in Jure autem nihil pariter dubitatione dignum in tota hac Cauſa verſatur, ut rem altiùs repetendo breviter oſtendemus.

Illa igitur dumtaxat dubia & obſcura dicitur diſpoſitio, cujus intelligentia turbat Viros verè peritos, & opportunè in Jure verſatos, poſtquam diligenter facto, & Juri ſtuduere; non autem illa, quæ turbat parum peritos, quos vocant Doctorellos, vel eos, qui in ſtudio & examine Juris, & facti negligenter ſe

geſſerint, ut animadvertunt *Cravett. conſ.*583. *num.*3. *verſ. Quin etiam. Fulgoſ. conſ.*130. *Redenaſc. conſ.*17. *num.*25. *Manſ. conſult.*203. *num.*22. *Argel. de Acquir. Poſſeſſ. quæſt.*2. *artic.*4. *num.*155. *Sperell. deciſ.*175. *n.* 56. *&* 116. *Fontanell. dec.*271. *n.*15. In caſu autem noſtro quomodo poteſt Vir doctus, & facta ſciens dubitare, an in dictis antiquis Conceſſionibus extranei comprehendantur? Apertè & incavillabiter ſtat pro nobis quadruplex diſpoſitio Juris. Prima ex natura juris perpetuarii, in primo *Cap.* explicati: Secunda ex Statuto Urbis *lib.*1. *cap.* 125. diſponentis in Feudis & Officiis conceſſis extra cauſam exercitii aut profeſſionis, literalem tranſitum in extraneos, ut in *Cap.*2. probatum fuit: Tertia ex qualitate remuneratoria, quæ ad terminos Juris Communis eandem extraneorum comprehenſionem inducit, juxta adducta & probata *Cap.*3. Quarta demum ex eo, quòd nulla adſint feudalitatis indicia, neque nomen Feudi, ſed agatur de mera & ſimplici donatione inter vivos, & de Conceſſionibus Supremi Principis, in liberum Allodium ſemper intelligendis, nullique devolutioni ſubjectis, cum neceſſaria proindè incluſione extraneorum in perpetuum, ut plenè demonſtratum fuit *Cap.*4. *Artic.*4. 8. *&* 9. Non poterit ergo Vir ſapiens hanc quadruplicem Juris aſſiſtentiam ſciens, ejuſque veritatem certiſſimam inveſtigans & inveniens, dubitare de extraneorum perpetua comprehenſione, niſi evidenter & certò ſibi conſtet, quòd Pontifices Julius III. & Gregorius XIII. a diſpoſitione tam multiplici Juris diſceſſerint, propriaſque Conceſſiones ad certas perſonas coarctaverint, quod facere potuiſſe non controvertitur. Hoc autem concludenter probare, juxta certum onus eorum, contra quos Juris militat diſpoſitio, in qua Adverſarius intentionem ſuam fundatam habet, hoc opus, hìc labor eſt. In hoc rerum ſtatu illa eſt inconcuſſa, & in praxi recepta regula, quòd requirantur voluntatis contrariæ concludentes, certæque demonſtrationes, ut Judex poſſit a diſpoſitione Juris recedere; neque probabilia tantùm, aut veroſimilia ſufficiant, quæ aliàs in caſu indifferenti non habente Juris reſiſtentiam ſatis eſſent ad movendum animum Judicis; ex ea clara differentiæ ratione, quòd ſemper voluntas diſponentium Juri conformis præſumitur & quòd leges aliquid conſtituentes, etſi permittant dominis rerum ſuarum diverſimodè diſponere, perfectam tamen eorum exigunt indubiamque voluntatem, quæ contrariam poſſibilitatem excludat, ne alias certa & clara earundem oracula legum ab incertis & dubiis ſubverti poſſint. Hinc ſi utrinque voluntatis, aut legi conformis, aut difformis, militent argumenta, ſemper ea prævalent, quæ regulæ Juris aſſiſtentiam habent, languentibus contrariis, legum calore deſtitutis, ut hæc omnia probantes proſtant Auctoritates, & dixit *Card. De Luc. de Fideicom. diſc.*25. *num.*9. *diſc.*72. *n.* 4. *&*

Digitized by Google

*4. & diſc. 178. n. 12. & alibi millies. Rot. dec. 161. n. 3. cor. Celſo, & paſſim &c.*

His poſitis, quid dicemus, dum in caſu noſtro non leviuſcula quædam indicia, quæ aliàs uti legis diſpoſitionem foventia tanti eſſent ponderis, ut contraria argumenta, etiamſi eſſent magni momenti, ſuffocarent, & abſorberent? *Card. De Luc. d. diſc. 72. num. 4. de Fideicom. & diſc. 124. num. 10. & diſc. 127. n. 13. Bich. deciſ. 279. num. 37.* Sed claræ & urgentiſſimæ adſunt demonſtrationes, quæ tam multiplici Juris aſſiſtentia roboratæ inſuperabiles fiunt, & tales etiam ſunt, quòd ſi ab eadem aſſiſtentia Juris ſejunctæ eſſent, pleniſſimam nihilominus, & undequaque perfectam probationem facerent; Et quales adductæ fuerunt in maximo numero, qualitate, & pondere inſignes, inter quas ita per ſe conſpicuæ ſunt prohibitio devolutionis *quocunque modo* in Brevi Julii III., & in illo Gregorii XIII. vocatio *Succeſſorum quorumcunque*, ter expreſſa, & quinquies tacitè per relativam repetitionem, & quæ ſola eſt tantæ potentiæ, ut in illa *Sarſinaten. Feudi cor. Dunozett. & S. M. Ottobon.* unica victoriam reportaverit in caſu millies fortiore in materia feudali Juris reſiſtentiam habente, totque exiſtentibus contra extraneos validis conjecturis; ita inquam iſtæ duæ demonſtrationes ſuperlativæ ſunt, & cum quadruplici Juris aſſiſtentia ita ſe mutuò fovent, ut ne minimum quidem locum leviſſimæ cuilibet dubitationi relinquant. Omni præſertim diſſipato ſcrupulo aſſertæ perſonalitatis ob ſpecialem certarum perſonarum nominationem, quia earum prælationem tantùm inducit, ipſiſque defectis Succeſſio tranſit ad extraneos, neque res ad concedentem revertitur, ut in Fideicommiſſis, Feudis, Juribus patronatus, & multo magis in liberis donationibus, aliiſque juribus natura ſua & ex lege ad quoſcunque tranſitoriis fieri probavimus, per Auctoritates non habentes Contradictorem, & conſtituentes caſum undequaque clariſſimum, omnique indignum diſputatione.

Hac autem ineluctabili claritate micante, inutilis planè eſt ſomniatę obſervantiæ allegatio *Rota dec. 297. num. 16. part. 15. recent. & dec. 294. num. 4. ibique Card. Albit. n. 12. cor. S. M. Innocentio X.* & punctualiter quòd nihil profit in præjudicium clari juris hereditarii *dec. 223. n. 9. part. 19. recent.* cum aliis adductis ſupra *Artic. 17.* Eſt enim obſervantia ſimplex conjectura *Rota d. dec. 297. d. num. 16. part. 15. recent.*, quæ proinde nihil operatur in claris *l. Ille aut ille ff. de regul. jur.* maximè verò in hypotheſi contra antiquas Conceſſiones, munitas clauſulis *ſublata &c. Ac præſentes Literas &c.* & Decreto irritanti, ex quibus in radice futura quælibet inficitur obſervantia *Card. De Luca ad Concil. Trident. diſc. 33. n. 9. Rot. dec. 61. n. 3. cor. Priol. & dec. 39. n. 14. & 15. cor. S. M. Alexandro VIII.* Si autem hæc in viridi, quid in arido? nullis nimirum exiſtentibus actibus

præ-

Digitized by Google

præciſis, & quales eſſe debent, ut contrariam inducant obſervantiam; & hac pluſquam centenaria pro tranſitu in extraneos ad evidentiam probata.

# C A P. VII.

## In quo probatur non obſtare Conſtitutiones Apoſtolicas Pii IV., Sixti V., Urbani VIII., & Innocentii X., quæ Conceſſiones rerum Eccleſiæ & Officiorum revocant: Et oſtenditur prætenſionem Rev. Cameræ Apoſtolicæ, tam ſuper aſſerta devolutione, quàm ſuper primævo jure, nullam penitus ſubſiſtentiam habere.

### A R T I C. I.

*Conceſſionibus noſtris non obſtare Bullam Pii IV. revocatoriam lucrativarum Conceſſionum, tanquam uſu non receptam, & abrogatam expreſsè aut tacitè per Conſtitutiones Poſteriorum Pontificum, aliiſque de cauſis ſpecialiter caſum noſtrum tangentibus.*

TAmetſi ſuperfluum videri poſſit harum quatuor Apoſtolicarum Conſtitutionum examen, ex quo a principio acriter intenta oppoſitio earum a Defenſoribus utriuſque Cameræ, fuerit poſtmodum derelicta, ejuſdem inſubſiſtentia benè agnita; ne tamen propoſitæ materiæ aliquid deeſſe videatur, etſi aliquando crambe recocta, quæ depoſita fuerunt reſumerentur, prudens exiſtimavimus conſilium de prædictarum Conſtitutionum inefficacia aliqua breviter verba facere.

Imprimis ergo oppoſita fuit Conſtitutio Pii IV. edita de anno 1565., quæ inter ejus impreſſas eſt in ordine 104., & de medio tollit omnes Infeudationes, & Conceſſiones rerum, ad S. Sedem & Rev. Cameram Apoſtolicam ſpectantium, uſque tunc a Prædeceſſoribus Romanis Pontificibus, & etiam ab ipſo Pio IV. -- *ex cauſa* ( ſunt verba ipſius Bullæ ) *gratioſa, & lucrativa, ſine aliqua, vel ſaltem minimè correſpectiva, nec competenti recompenſa, ſeu neceſſitate, vel evidenti S. Sedis utilitate id non exigente factas* -- Sed reſponſiones datas, & in hoc Opere latè exornatas perſtringendo dicimus, talem Conſtitutionem minimè obſtare; Primò quia tanquam ab omni jure publico & privato, omnique naturali æquitate & regendi populos prudentia exorbitans,

ne-

Digitized by Google

neque ab ipſo Pio IV. vivente, ſenioque confecto, neque unquam poſtea effectum habuit, neque fuit unquam uſu recepta, immo per contrarium uſum ſemper abrogata, ſcientibus & patientibus Romanis pro tempore Pontificibus, ipſoquemet Pio IV. Conſtituente, eorumque Supremis Miniſtris; ſemperque fuit a Cameralibus allegari ſolita, & ſemper a Judicibus negligi conſueta, ut hæc omnia, examinando materiam & objectis reſpondendo, teſtatur [*Card. de Luc. de Feud. diſc.*4. *num.*5. *& ſeqq.* Secundò quia in eadem Conſtitutione excipiuntur Conceſſiones correſpectivæ, oneroſæ, & benemeritorum remuneratoriæ, ut punctualiter *Rota dec.*664. *num.*20. *part.*2. *recent.*, & tales eſſe noſtras plenè probavimus *cap.*3. Tertiò quia Conceſſio Julii III., quæ unica præcedit tempore dictam Pianam Conſtitutionem, a Gregorio XIII. ampliſſimè confirmata fuit, & ad cautelam innovata, ut latè ſuo loco demonſtratum fuit: Quartò quia idem Gregorius XIII., tanquam ſupremus legiſlator per publicam Conſtitutionem ſub die 2. Auguſti de anno 1591. approbavit, & confirmavit omnes antiquas Conceſſiones Portarum, Officiorum, aliorumque omnium ad Capitolium ſpectantium; Undè vel abrogavit, ſi opus erat, dictam Pianam Conſtitutionem, vel declaravit Officia, & jura Capitolina in illa non comprehendi: Et quintò demum, quia Sanctiſſimæ Memoriæ S. Pius V. prudentiùs egit per conſimilem Conſtitutionem, quæ eſt ejus 35., prohibendo omnes futuras tantùm Conceſſiones, aut Feuda Locorum quorumlibet S. Romanæ Eccleſiæ, eorumque poſt devolutionem prorogationes; & ſuæ Conſtitutionis obſervantiam jurare debere mandavit omnes in futurum Cardinales Conclave ingreſſos, ſi ad Summam Thiaram eveherentur, & cum novo juramento electi novi Pontificis: Hinc enim ſatis edocemur hunc Sanctiſſimum Pontificem ſaniore conſilio improbare noluiſſe Conceſſiones jam factas, & quoad iſtas pro injuſta, uſuque non recepta habuiſſe Conſtitutionem Pii IV., eamque ita ſaltem tacitè abrogaſſe, dum reſtrictivè ad ſolas futuras Conceſſiones diſpoſuit.

Cæterùm ex hac Sancti Pii V. Bulla, ejuſque ſubſecuta obſervantia futurorum Pontificum jurejurando duplici obſtrictorum, ſatis intelligitur incontrovertibilis declaratio, & ſubſecuta per ſeculum obſervantia pro tranſitu in extraneos noſtræ Julianæ Conceſſionis, quæ ſi non comprehenderet heredes & Succeſſores quoſcunque in perpetuum, utique eam non potuiſſent extendere neque Gregorius XIII., qui ad literam *Succeſſores quoſcunque* vocavit; neque Clemens VIII., Gregorius XV., & Innocentius X., qui plures Coadjutorias cum futura Succeſſione indulſerunt perſonis omnino extraneis, & poſt ſuppoſitam exadverſo devolutionem, defectis nimirum deſcendentibus Domus Creſcentiæ, & Aldo-

dobrandino Urſino ſine liberis, nominato ab Alexandro juniore Creſcentio ſuæ Familię ultimo. Quum autem tales quatuor doctiſſimi in Jure, & religioſiſſimi moribus Pontifices talia geſſerint poſt ſuſceptum duplex juramentum non extendendi Conceſſiones antiquas ad alias perſonas in eis non contentas, in evidentem deſcendit conſequentiam, quòd habuerint pro tranſitoria perpetuò ad quoſcunque extraneos Julianam Conceſſionem, talemque declaraverint; & per inconcuſſam centenariam, ſummèque authorabilem ipſorum legiſlatorum obſervantiam pleniſſimè confirmaverint: Quod ſanè eſt unum de maximis, & in ordine *Octogeſimum ſecundum* Aſſumpti noſtri *Argumentum*.

Conſultò omittuntur brevitatis ſtudio alia, hìc ab Auctore Operis eruditè congeſta, tum ex Sacris Canonibus, in quibus plures Summi Pontifices proteſtantur ſe non everſores, ſed Conſervatores eſſe geſtorum a Prędeceſſoribus ſuis *Can. ſi ea* 25. *quaſt.*2., ſi ea deturbarent, ſibi injuriam facturos, ut in *Can. quod vero* 2. *dicta quaſt.*2. & quòd qui ſua deſiderat a Succeſſoribus mandata ſervari, Deceſſoris ſui procul dubio voluntatem cuſtodiat, ut totidem verbis S. Pontifex Gregorius Magnus in *Can. Juſtitia. quaſt.* 1., quàm ex Romanorum Imperatorum geſtis, qui præcedentium largitiones revocare noluerunt, ſed confirmaverunt; recenſendo in hoc optimi Imperatotis Nervæ humaniſſimum Edictum, inſertum *lib.*10. *Epiſtolar. Plinii jun.* cum Teſtimoniis *Taciti Annal. lib.*6. *& Livii* 35., iniquum ſcilicet eſſe vetera repoſcere, & optimum quemque præſenti ſtatu gaudere.

## A R T I C. II.

*Bullam Sixtinam fuiſſe exadverſo in Subſtantialibus alteratam, & in ſenſum contrarium converſam; non agere de rebus ad Capitolium ſpectantibus, eidemque a Clemente VIII. in Brevibus Conceſſionum noſtrarum confirmatoriis fuiſſe explicitè derogatum.*

Opponebatur etiam Conſtitutio Sixti V. 18. Kal. Februarii 1589. cum ſuppoſito, quòd revocaret Conceſſiones Officiorum Populi Romani gratuitas, & ſine æquivalenti pretio factas a præcedentibus Pontificibus. Sed hoc per expreſſum errorem facti attentatum fuit. Quum enim in primo Brevi Clementis VIII. adſit hæc clauſula -- *Non obſtantibus &c. felicis recordationis Sixti V. &c. de ſimilibus Officiis, ſeu Portis mediante ſolutione alicujus pretii non concedendis &c.*--, in Summario Partis Adverſæ *num.*5. *&* 6. incuria Amanuenſis, ut piè creditur, facta fuit alteratio, & poſt verbum *Portis* addita fuit dictio *niſi*; quæ ſenſum Sixtinæ Bullæ de directo in contrarium vertit; & cum hoc pulchro ſuppoſito argumentatum fuit, quòd evaneſcerent Conceſſiones antiquæ Julii III., & Gregorii XIII., tan-

Digitized by Google

tanquam gratuitæ; & quòd ſubinde inutilis fuerit dictæ Sixtinæ derogatio in poſterioribus Brevibus, tanquam Vitalitiis certarum perſonarum, & extraneos in perpetuum non continentibus. Sed detecto errore, ſilentium hac de re factum fuit. Et ſi verum fuiſſet ſuppoſitum, adhuc reſponderi potuiſſet, quòd eadem Sixtina loquitur tantùm de Rebus, & Officiis S. Sedis Apoſtolicæ, & non de Capitolinis ut in hypotheſi; Et quòd in omnem caſum in Brevibus Clementis VIII. antiquarum Conceſſionum confirmatoriis, fuit illi ex abundanti derogatum, tam quoad caſum Coadjutoriæ, quàm quoad omnia in illis contenta, & confirmata. Cæterùm ex eadem Sixti V. Conſtitutione ſatis conſtat, quòd ſuperiùs ponderata Conſtitutio Pii IV. nullum habuit effectum, dum Sixtus improbat diſpoſitiones per abuſum, & mediante pecunia factas, & ſic ſupponit durare, neque a Pio fuiſſe abrogatas, multoque magis gratuitas, quas approbat & confirmat, quod faciens Pianam abrogat, & ſubvertit.

## A R T I C. III.

*De Conſtitutionibus Urbani VIII., & Innocentii X. non attendendis, uti loquentibus de Officiis S. Sedis, & non Capitolinis, & maximè quum Porta Flamminia non ſit Officium.*

Oppoſitæ demum fuerunt Conſtitutiones S. M. Urbani VIII., quæ incipit *Supremi benignitas Conditoris* inter ejus Bullas 28., & S. M. Innocentii X., quæ incipit *Et ſi ea, quæ pluribus*, inter ipſius Conſtitutiones 7., & quæ Urbanæ nihil addit, eamque ſolùm confirmat. Hæc igitur Urbani Sanctio, non ſolùm prohibet Officia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ, & S. Sedis ultra vitam concedi, etiam per viam Coadjutoriæ prorogando, ſed etiam Conceſſiones, & Coadjutorias ſub qualibet ampliore forma factas revocat, & irritas declarat -- *exceptis tamen iis* [ ſunt ejus verba ] *quæ conceſſa ſunt ex cauſa verè oneroſa, ſcilicet congruæ ſolutionis pecuniarum dictæ Cameræ facta, aut ex inveſtitura, vel immemorabili conſuetudine inviolabiliter obſervata, vel ex aliis rationalibus Cauſis, per nos, vel Succeſſores noſtros cognoſcendis* -- Sed quamvis prima fronte Conſtitutio hæc non parum urgere videatur, ita tamen a Reſponſionibus per nos datis deſtruitur, ut meritò ab Adverſariis fuerit ferè penitus derelicta.

Imprimis enim toto ejus tenore diſcuſſo a prima uſque ad ultimam ſyllabam, utique extranea apparet reſpectu Portæ Flaminiæ, quæ ipſa in proprietate conceſſa fuit, cum annexione cuſtodiæ, & non ſub ratione & qualitate Officii, quales dumtaxat ſunt termini dictæ Conſtitutionis.

Ulteriùs quoad Præfecturam ſcire illud oportet, Summos Pontifices Urbem Romam, & Populum Romanum, qui ſemetipſum ante Carolum Magnum S. Petro, ejuſque Succeſſoribus ſubjecit, ſuumque



Digitized by Google

Summum Imperium conceſſit, ſemper diſtinctè conſideraviſſe, cum ſua incommiſta identitate, diſtinctiſque Curia, Fiſco, ſeu Camera, Miniſtris & Officialibus, Vectigalibus, & Caſtris, immediatè ipſi Populo Romano ſubjectis, ut hic Romani Imperii fons ad maximos Juris gentium effectus conſervaretur: Et hoc latè ſe tractaſſe narrat hujus Operis Auctor in alio quodam ſuo inedito Opere de Summo Imperio Romanorum Pontificum, ex originali antiqui Imperii Romani jure. Multæ ſunt etiam in hoc Pontificiæ Conſtitutiones, in quibus Camera, Officia, Proventus, Juriſdictiones, ac bona Populi Romani, ſeu Capitolii diſtinguuntur ab illis S. Sedis, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, quales ſunt Innocentii VIII., Leonis X., Sixti IV., Eugenii IV., Julii II., Pauli III., Gregorii XIII., & Pauli V., quæ extant poſt *Fenzon. ad Statut. Urb. pag.* 603. 647. 669. 679. 644. 646. 648. Verum quidem eſt, quòd Summus Pontifex tanquam Supremus Princeps Populi Romani, ex lege Regia ſummam habet Poteſtatem diſponendi de bonis, & juribus illius, quam continuò in Feudis, vel Officiis exercet, ſed hoc agendo utitur Poteſtate extraordinaria, ad differentiam ordinariæ, quam exercet diſponendo de rebus S. Sedis, ſive Cameræ Apoſtolicæ: Nam jure ordinario jus diſponendi ad Populum ſpectat, ſive ejus nomine ad Conſervatores ex Statuto Urbis, cui Papa derogare ſolet, & in caſu noſtro derogavit, quando, ut hic, jure extraordinario diſponit. Quare, quum Urbanus VIII., & Innocentius X. in oppoſitis Conſtitutionibus ad Officia Capitolina non reſpexerint, ut in proœmio, totoque illarum contextu, loquente ſolùm de Officiis S. Sedis, ſeu Cameræ Apoſtolicæ, legenti cuique patet; nullumque adſit exemplum de Conceſſionibus Officiorum Capitolii, in controverſiam aliquando revocatis ob dictas Conſtitutiones; utique tam ex earum clara litera, quàm ex obſervantia, omne dubium remotum fuit, non comprehendi in ipſis Officia Capitolina, de quorum genere eſſe Præfecturam certiſſimum eſt, uti deſcriptam in Tabella Officiorum Populi Romani, & habentem redditum ex Gabella Vini ad Populum Romanum ſpectante, ut habetur ex *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 125. *num.* 4., & clariùs ex *Summario Cameræ Capitolinæ contra Cameram Apoſtolicam per tot.*

Et quamvis Rota aliquando dixerit, Officia Populi Romani in dicta Urbana Conſtitutione comprehendi, ut poſt *Conſtant. ad Statut. Urb. deciſ.* 14. *num.* 21., hoc tamen nihil obſtat, quia clarum æquivocum, & erroneum ſuppoſitum Rotæ non poteſt alterare rei veritatem, & ampliare dictam Conſtitutionem ad ea quæ non dicit, ut rei veritatem agnoſcendo, & dictam *dec.* 14. reprobando, uti obiter locutam, firmavit *ead. Rota in Romana Officii Aquæ Felicis* 3. *Januarii* 1702. *cor. Molines* §. *Aguoverant &c.*

Prout

Digitized by Google

Prout etiam nihil obſtat, quòd Leo X., qui Portas Populo Romano donavit, ſibi reſervaverit facultatem ampliandi, & reſtringendi Officia, & quòd diſponendo jus Capitolio ademerit: Tum quia jus Populi Romani in Portis longè antiquius probaturDonationeLeonina, ut conſtat ex Statuto veteri *lib.* 3. edito ſub Paulo II. *cap.* 327., ubi ipſe Populus Romanus uti de rebus propriis ſtatuit de Taxa ſolutionum in Portis, & Pontibus; Et multo antea de anno 1188. ex pace inita inter Clementem III., ac Senatum Populumque Romanum, apparet mœnia Urbis, quorum Portæ pars ſunt, propria illius fuiſſe, ut ex *Cencio Camerario*, Capitula dictæ Pacis referente, docent *Card. Baron. Annal. tom.* 12. *anno* 1188. *pag.* 811. & *Ciaccon. in Vita d. Clemen. III. pag.* 1135. Tum quia admiſſo etiam jure Populi Romani ex donatione Leonis X., non tamen id fuiſſet amiſſum ex reſervata facultate diſponendi, & ex actuali diſpoſitione, uti permiſſis ſupremo Principi auctoritate extraordinaria, & ex Lege Regia, & de Jure etiam ſubintellectis quoad Populum, donec bona apud eum manſerint, ſecus facta eorum Conceſſione privatis, quibus adimi non poſſunt. Ex quibus utique planum evadit, quòd ſi per ideale ſuppoſitum locus fuiſſet devolutioni, vel ſi Fabritius Auctor noſter ſine diſpoſitione, & ſine heredibus deceſſiſſet, Porta & Præfectura, vel jure devolutionis, vel jure ſucceſſionis vacantis, ad Cameram Capitolinam, non ad Apoſtolicam pertinerent.

## ARTIC. IV.

*Verſari nos in caſu exceptionum dictæ Urbanæ Conſtitutionis ob titulum oneroſum, ſeu remuneratorium, & obſervantiam, quam ipſe Innoc. X. dictæ Conſtitutionis confirmator approbavit, Coadjutorias indulgendo, ac tacitè declarando, vel dictas, vel alias rationabiles adeſſe cauſas.*

MAteria Urbanæ Conſtitutionis ad excluſionem caſus noſtri diſcuſſa videtur in proximo *Articulo* potiùs in abſtracto, quàm in concreto. Nunc verò ad ipſius quoque tenorem oſtendemus, exceptiones in illa literaliter expreſſas ab omni ambiguitate nos liberare. Tres autem ibi enumerantur literales exceptiones, ut patet ex particula Bullæ in præcedente *Articulo* exſcripta; nimirum Prima *ex cauſa oneroſa*; Secunda *ex inveſtitura, aut immemorabili conſuetudine inviolabiliter obſervata*; & Tertia *ex aliis rationabilibus cauſis*: Et omnes quidem concurrunt in caſu noſtro. Nam prima tituli oneroſi, licèt non fuerit ſpecificè impleta per pecuniæ actualem numerationem in Camera, per æquipollens tamen adimpletur, ob ingentia merita Cardinalis Marcelli Creſcentii, quæ tranſiverunt in Alexandrum ejus fratrem, & heredem, ut latè ſuo loco probatum fuit. Sic etiam applicatur ſecunda exceptio, ob Conceſſionum noſtrarum



Digitized by Google

antiquitatem pluſquam centenariam, quæ æquipollet immemorabili *Rota deciſ.106. num.28. part.19. recent. & paſſim &c.* Et potiſſimùm animadvertendo, quòd ipſe Innocentius X., optimè ſciens Urbanam Conſtitutionem, duplicem conceſſit Coadjutoriam Fabritio, & Vincentio ad eorum Vitas, & Filiorum utriuſque, quo jure gaviſus fuit Fabritius per annos ſexaginta, & ampliùs; undè non licet dubitare, quòd hic doctiſſimus Pontifex, vel agnoverit Conſtitutionem Urbani ad Res Capitolii non pertinere, vel quòd Conceſſiones noſtræ antiquiſſimæ, & remuneratoriæ in prima, & ſecunda exceptionibus continebantur; vel quòd rationabiles aderant cauſæ, ne in dicta Conſtitutione comprehenderentur, & ita tertiam militare exceptionem optimè declaraverit.

# C A P. VIII.

## In quo agitur de duplici reſolutione Illuſtriſſimæ Congregationis a Sa. Mem. Clem. XI. deputatæ, & de Sententia contra nos lata; plenè demonſtrando plures ejuſdem inſanabiles nullitates.

### A R T I C. I.

*Narratur eventus Cauſæ per contrariam Sententiam, cujus evidens eſt injuſtitia, & clariſſimæ ſunt nullitates, quas nobis licet allegare etiam poſt annum, ob plures hic adductas cauſas, ex quibus ceſſat Statutum Urbis* lib. 1. cap. 191.

INſignis hujus Controverſię ſi eventum neſcires, amice Lector, qui uti ſapiens, nullaque affectione obcęcatus in hoc majoris Operis Compendio non potuiſti evidentem juſtitiam pro heredibus & Succeſſoribus quibuſcunque in Porta Flaminia, & Præfectura Murorum militantem non videre; putares ſanè nos in re tam clara plenam victoriam conſecutos. Sed cogimur, infortunium noſtrum dolentes, & exemplo noſtro docere, ut quemadmodum non ſemper eſt virtutis fortuna comes, ita nec ſemper Juſtitiam victoria ſequitur. Quid cauſæ fuerit, conſultò omittimus indagare. Quum autem contigerit beneficio ſingulari Dei Optimi Maximi, qui ſimul mortificat & vivificat, & fideles non patitur tentari nos ultra id quod poſſumus, ſed cum tentatione dat gratiam, multa occultando ſapientibus hujus mundi, & revelando ea parvulis, juxta Sacrarum Literarum monita; quum, inquam, Deo volente contigerit latam contra nos injuſtiſſimam Sen-



Digitized by Google

tentiam undique ſcatere pluribus inſanabilibus nullitatibus, & attentatis, in quæ oculatiſſimi utriuſque Cameræ Defenſores lapſi ſunt, ut videntes non viderint, excæcatumque fuerit cor eorum, niſi dicamus, quòd vel ipſi, aut eorum aliquis, vel doctiſſimi probique Judices, oculos piè clauſerint, vel cauſam conſultò dederint tot attentatis, & nullitatibus, & illi præſertim maximæ defectus citationis, ut obtinendo, & reſpectivè pronunciando Sententiam talem ab evidente injuſtitia abſtinerent, vel eam effectu vacuam relinquerent: Ideo & gratias, quas Deo agimus, & dictas nullitates, ſimul cum manifeſta juſtitia in meritis Cauſæ noſtræ, in ſuperioribus *ſex Capitibus* enucleata, in hoc *ſeptimo* luci publicæ notas, atque teſtatas eſſe voluimus.

Sed antequam ad ſingulas proponendas, firmandaſque nullitates veniamus, placet prævenire & reſolvere objectum ex Statuto Urbis *cap.* 191. *lib.*1., prohibente poſt annum allegationem quarumlibet nullitatum, corrigendo in hoc Jus Commune, ſpatium triginta annorum indulgens, ex notis juribus. Dicimus autem tali Statuto in hypotheſi locum non eſſe; Et quidem primò, quia agitur de nullitatibus ſpolio annexis, ſeu ſententiæ ſpoliativæ, in qua ceſſat dictum Statutum *Fenzon. ad Statut. Urb. d. cap.*191. *num.*133. *& ſeqq.* ubi optimam dat rationem extenſionis non faciendæ de caſu ſimplici ad mixtum *Conſtant. ad idem Statut. annot.*57. *num.*52. *tom.*2. ubi alios adducit, & plures *Rotæ Deciſiones*, quibus addimus *deciſ.*725. *num.*12. *& dec.*737. *num.*16. *cor. Emerix jun.* Et ſpoliativam fuiſſe Sententiam ambigi nequit, quum infringat civilem poſſeſſionem, in Auctorem Operis hujus translatam per clauſulam conſtituti appoſitam in Teſtamento D. Fabritii Urſini Auctoris noſtri, cujus civilis poſſeſſionis effectum, & præſumptiones inde reſultantes, tollere non potuerunt poſſeſſio capta de facto per Cameram Apoſtolicam, & Sententia illam confirmans, ut in terminis *Card. De Luc. de Feud. diſc.*6. *num.*8. Secundò quia cum ſpolio concurrunt attentata, de quibus infra, quo caſu ceſſare dictum Statutum, & allegari poſt annum poſſe quaslibet nullitates cenſuit *Rota deciſ.*752.*num.*12. *cor. Emerix jun.* Tertiò quia idem Statutum, uti laicale & deciſorium, non eſt allegabile contra D. Abbatem Annibalem Auctorem Operis, tanquam Clericum *Conſtant. ad d. Statut. d. annot.*57. *art.*1. *num.*24. *&* 25. Quartò quia Sententia comprehendit etiam alios Fratres de Rillis, & Jacobi filium primogenitum, origine quidem paterna Romanos, ſed Florentiæ natos & habitantes, ac tali proinde Statuto non ligatos *Dec. conſ.*97. *in princ. Hyppol. Riminald. conſ.*450. *num.*9. *lib.*4. *Bertazzol. conſ.*15. *in prin. vol.*1. *Leoncill. deciſ. Ferrar.*3. 9. *&* 107. *in omnibus num.*2. *Rota deciſ.*40. *num.*2. *&* 3. *cor. Buratt.* Quintò quia dictus Jacobi filius pri-

ma-

Digitized by Google

mogenitus tunc erat infans, & pupillus, ut adhuc eſt, ut in individuo ex *Rota* auctoritate probat idem *Conſtant. ubi ſupra num.63*. Sextò demum alia exceptio a cenſura dicti Statuti procedere poſſe videtur, ex quo plures patratæ fuerunt exadverſo (incuria Amanuenſium, aut Impreſſorum creditur) factorum alterationes, addendo, & adimendo verba ſenſum mutantia Brevibus Apoſtolicis, ut aliis adductis *Conſtant. ibid. n.59.*

## A R T I C. II.

*De prima nullitate ex defectu Citationis Abſentium, & mandati in malè citatis non veris Procuratoribus, ac etiam ex defectu juriſdictionis, ob violatam clauſulam* ſublata &c. *per figuratas interpretationes; undè etiam attentata.*

VEniendo nunc ad capita nullitatum, omittendo loqui de quadam Proteſtatione, quæ primùm facta fuit poſt primam captam reſolutionem juſtiſſimis de cauſis Florentiæ coram honeſtis viris, in qua multa opportunè proteſtata fuerunt, de quibus hìc & nunc agere non cogimur, reſervando omnia contingibili neceſſitati; occurrit in primis videndum, quid juris oriatur ex alia judiciali Proteſtatione, quæ, quum de menſe Junii anni 1611. pro expeditione Cauſæ utriuſque Cameræ Defenſores inſtarent, emiſſa fuit ſub die 3. Julii ejuſdem anni, ad compeſcendas exorbitantes citationes executas contra D. Abb. Annibalem, & D. Petrum Tentinellum, uti Procuratores Fratrum de Rillis Florentiæ natorum, atque degentium; Et præmiſſis perſonalibus citationibus eorum, qui erant citandi, ad dicendum contra Proteſtationem, in ea declaratum & proteſtatum fuit, quòd perperam appoſitum fuiſſet nomen dictorum Fratrum de Rillis Florentiæ habitantium, qui neque in Commiſſione, totoque Proceſſu, neque in Informationibus extrajudicialibus fuerant comprehenſi, nulloque pacto erant in Cauſa: Et proteſtatum etiam fuit, nec dictum D. Abb. Annibalem, nec D. Petrum Tentinellum fuiſſe unquam pro illorum jure & intereſſe, aut eſſe velle Procuratores; & ideo ſi quid contra illos agi vellet, iidem eſſent citandi. Quæ ſanè juſtiſſima proteſtatio a Defenſoribus utriuſque Cameræ erat omnino ſervanda, tanquam fundata in omni jure Divino & naturali, ut uno ore clamant omnes utriuſque Juris Scriptores, hìc in Concluſione notiſſima non allegandi, adducto ſolùm in terminis illuſivæ, & inutilis citationis falſi procuratoris literali Textu in *l. Falſus procurator.19. C. de furtis*. Certiùs verò ex circumſtantia dictæ Proteſtationi ſuperaddita, quòd demandata per Fabritium Urſinum Auctorem noſtrum erogatione fructuum ſuæ hereditatis, noſtris honeſtis indigentiis ſuperfluentium, in multiplicem & inveſtimentum favore Primogeniti

ex

Digitized by Google

ex Jacobo Dionyſio, quæ erogario ſine fructibus Portæ, & Præfecturæ ex cæteris hereditariis fieri non poterat; & conſequenter conſtito de intereſſe æquè principali dicti Primogeniti, hic etiam, vel Ego ejus pater & legitimus adminiſtrator citari debuimus; Quum certiſſimi Juris ſit, non ſolùm ob principale intereſſe, ſed etiam ex quacunque poſſibili læſione aut damno ſibi contingibili ex ſententia quem eſſe citandum *Vant. de Nullit. ex defect. citat. num.*142. *& ſeqq.* Ac propterea dicto Primogenito non citato in cauſa prætenſæ devolutionis, quæ eſt individua, liquet totum Proceſſum etiam quoad citatos eſſe ipſo jure nullum *Rota dec.*319. *num.*1. *ibique Beltramin. num.*7. *cor. Ludoviſ. dec.*297. *num.*10. *poſt Poſth. de Manut. & dec.*371. *num.*1. *& ſeqq. part.*17. *recent.*

Idque indubitabiliùs, quum in ſequenti Proteſtatione, facta de menſe Decembris ejuſdem anni, producta fuerit a dicto D. Annibale prohibitio ſibi a ſuis Fratribus facta, ne eorum nomine quicquam in Cauſa ageret, revocatis omnibus, ſi quæ adeſſent, Procuræ mandatis, ut ad rem *Felin. in Cap. Ex parte Decani . num.*214. *& ſeqq. de reſcript. Caſtren. conſ.*104. *per tot. lib.*1.

Demum ſummæ conſiderationis fuit & attendenda admonitio in fine dictæ Proteſtationis, quòd nimirum antiquæ Apoſtolicæ Conceſſiones mandabant, quòd Porta & Præfectura ex quacunque cauſa ad Cameram aut Capitolium nunquam devolvi poſſent, ſed apud heredes remanere deberent, & quòd perpetuo ſpectarent ad Succeſſores quoſcunque, *ſublata* unicuique aliter judicandi, & interpretandi poteſtate, & cum Decreto irritante; Undè nullum fuit quicquid per figuratas interpretationes actum eſt in declaranda devolutione, & quidem ex clarè adempta juriſdictione, ut ſuo loco probatum fuit. Hinc jure optimo in eadem Proteſtatione a toto ulteriori Proceſſu appellatum fuit, & æquè principaliter de nullitate dictum; quum planum ſit, Judicem ſine citatione & ſine juriſdictione, & cum manifeſta injuſtitia, & contra inhibitionem ſibi factam ab Apoſtolicis Conceſſionibus procedentem Partes gravare *Scacc. de Appell. quæſt.*17. *n.*35. *& ſeqq. Ridolphin. in Prax. part.*1. *cap.*13. *num.*332. Undè cauſantur attentata in omnibus ſubinde in Cauſa geſtis *Rot. deciſ.* 246. *num.* 1. *& ſeqq. coram Bich. deciſ.*867. *num.*5. *coram Dunozet. jun. deciſ.*432. *n.*6. *coram Ubald.* Maximè verò quum ſemper hujuſmodi Proteſtatio, & Appellatio in omnibus ſequentibus actibus fuerint reiteratæ.

Habito demum termino pro ſervato, fuit alia interpoſita Proteſtatio, cum appellatione coram honeſtis Viris, qualis prima fuit Florentiæ habita, quarum omiſſa continentia pro nunc ad bonum finem, ſufficiat ſolùm indicare, concurrentibus earum requiſitis modò non explicandis, talem appellandi modum juſtum, & validum eſſe, ut

ex-

Digitized by Google

expreſsè ſancitum fuit in *cap. ſi juſtus fin. de appellat. Scacc. de Appell. lib.3. cap.2. quæſt.6.n.8. & 27. Carol. Anton. De Luc. ad Gratian. cap.10. num.5. Add. ad Buratt. dec.202. numer.5. in fin.*

## ARTIC. III.

*De omiſſa a Sanctiſſimo declaratione Articuli præjudicialis a Congregatione ſibi remiſſa, ſine qua clara eſt Sententiæ nullitas, tanquam perplexæ, obſcuræ, conditionalis, & omnino incertæ.*

PRoſequendo tenorem memoratæ Proteſtationis, factæ de menſe Novembris, in ea declaratum & proteſtatum fuit, quòd quum in prima contraria Reſolutione remiſſa fuiſſet ad Sanctiſſimum declaratio, ad quam ex Cameris adverſariis Porta & Præfectura ſpectare deberent, ideo non poſſet ad ulteriora procedi in Cauſa, niſi poſt ſecutam Sanctiſſimi declarationem, & ea quidem ratione, quòd Articulus in ſuſpenſo relictus, & deciſioni Sanctiſſimi reſervatus, eſſet progreſſui Cauſæ præjudicialis; & quatenus procederetur, a toto ulteriore Proceſſu appellatum fuit, & dictum de nullitate. Præjudicialitas patens erat, quia quum ſecuta Sanctiſſimi declaratione unus tantùm futurus fuiſſet Contradictor, utique ſi cum duobus potentiſſimis Contradictoribus ſimul junctis litigandum fuiſſet, durior & difficilior erat Cauſæ agitatio, & quod magis eſt, ob diverſas, & quandoque contrarias inter ſe utriuſque Cameræ Allegationes intricatior, & perplexior evadebat defenſio, ob non ſervatum ordinem judicii, ex dicta prævia Sanctiſſimi declaratione reſultantem, ad tradita per *Ancaran. conſ.62. num.3. & per tot. Becc. conſ.31. n.2. Scacc. de Appellat. quæſt.17. limit.6. memb.7. num.113. & ſeqq. & limit.47. memb.1. num.98. ead. quæſt.17.* Et eſt *Textus in l. Per minorem, in princip. ff. de judic.*

Neque aliquid obeſſe creditur, ſi diceretur adductam procedere Concluſionem, quando diverſæ contra ſingulas adverſarias Cameras militarent rationes, quæ proinde magis intricatum, incertum, & laborioſum redderent Cauſæ progreſſum, ita ut una vincente, jus unius Cameræ eſſet inefficax quoad aliam, aut e contra, nec declarato ad quam futura eſſet devolutio in caſu victoriæ, incerta, & ſine effectu remaneret allegatio juris noſtri unius excluſivum; ſecus verò nulla vigente majore ratione contra unam potiùs, quàm aliam Cameram. Nam facilis eſt reſponſio, quòd inter alias illa eſt major ratio procedens contra Cameram Capitolinam, & Apoſtolicæ nihil obſtans, quòd nimirum Statutum Urbis *lib.1.cap.125.* omnia Feuda & Officia, quæ non ratione exercitii & profeſſionis conceduntur, mandat tranſitoria perpetuò eſſe ad quoſcunque extraneos; quod ſanè Statutum, ut non obſtat Rev. Cameræ Apoſtolicæ, ita Cauſam in tuto ponit contra



Digitized by Google

Cameram Capitolinam, contra quam pariter agentibus nobis, aut excipientibus, nihil obſtant Bullæ Pii IV., Urbani VIII., & Innocentii X., expoſitæ in *ſexto Capite*, tanquam non agentes de Rebus, & Officiis Capitolinis; & fortè obſtare poſſent, & Cameræ Apoſtolicæ favere; Ac proinde non facta declaratione, quam ex dictis habeamus adverſariam, & nihilominus declarata devolutione, Sententia deſuper pronunciata nulla fuit, tanquam perplexa, obſcura, conditionalis, & ſummopere incerta, & a futura pronunciatione dependens, ut latè *Scacc. de Sentent. & Re judic. gloſſ.14. quæſt.14. num.31. & ſeqq. & per tot. & quæſt.15. num.1. & ſeqq. Rota dec.1460. num.2. 11. & 12. cor. Coccin.*

## ARTIC. IV.

*Alia nullitas, ob malè citatum pro Fratribus eorumque Filiis abſentibus Annibalem Rillium, qui prælativam Succeſſionem uti major contra illos prætendit, & quorum non potuit eſſe Adverſarius ſimul & Defenſor; Et alia ſolemnior ex defectu juriſdictionis, ob malè pronunciatam Sententiam contra dictos Abſentes in commiſſione Papæ non comprehenſos.*

Alia ſuccedit Proteſtatio, emiſſa ſub die 5. Septembris anni 1712., in qua primùm occaſione citationis executæ contra D. Abbatem Annibalem, & D. Petrum Tentinellum, uti aſſertos Procuratores Fratrum de Rillis, & Filii primogeniti a me Jacobo Dionyſio, inculcatur exorbitantia, & nullitas, ex quo dictus Annibal uti major natu intendit Fratres excludere, & ideo implicat in terminis, ut ſit eorum Adverſarius pariter & Defenſor contra ſe ipſum, quæ clara propoſitio non indiget Auctoritatum allegatione.

Deinde fuit oppoſitum & proteſtatum, quòd dicti Fratres abſentes malè citarentur tanquam in Commiſſione comprehenſi, in qua neque per ſomnium erant nominati, itaut Citatio contrarium ſupponens eſſet prorſus inutilis, neque illi ad comparendum arctarentur *Barboſ. in cap. ſi a Judice. num.2. de appellat. in 6. Carpan. ad Statut. Mediol. cap.1. n.37. & paſſim.* Et hanc incompetentiæ allegationem fieri potuiſſe citra procuratorium nomen, & tanquam ab uno de populo pro abſentibus, pupillis, & naſcituris, eſt Textus in *l.1. ff. de popularib. actionib. & omnes communiter &c.*

Quum autem fuiſſet per Camerales oppoſitum, quòd Cauſa fuerat viriliter defenſa, etiam pro dictis Abſentibus, quorum etiam nomine impreſſas fuiſſe Informationes aſſerebant, & Commiſſionem eorum quoque nomine impetratam; reſponſum & proteſtatum fuit talia omnia in facto erronea eſſe, & tam Informationes, quàm Commiſſionem cantare in faciem ſolius Abb. Annibalis, cum relatione ad ſolum *ipſum*, ex qua dictione omnes alii

P re-

remanebant excluſi *Barboſ. dict.177. num.7. & 8, Rot. dec.552. n.1. cor. Seraph.* Eandemque perſonalitatem præſeferunt omnes Citationes, & Informationes pro Cameralibus.

## A R T I C. V.

*De cauſis, ex quibus nulliter, & injurioſè proceſſum & judicatum fuit, citando Abſentes per Edictum, & ad Confines.*

FUit etiam proteſtatum ſub die 12. Junii 1613., quòd ſecunda Commiſſio ſubrogatoria impetrata nemine citato, & clandeſtinè in Actis producta, & in qua eidem Congregationi commiſſum fuit, ut in Cauſa procederet -- *etiam per Contradictas, nec non per Edictum publicum, conſtito ſummariè, & prout moris eſt, de non tuto acceſſu &c.* -- quæ clauſula in prima Commiſſione non fuerat appoſita; fuit, inquam, proteſtatum talem Commiſſionem novam, utì alterantem primam, tam in dicta facultate citandi per Contradictas, & per Edictum, quàm ex ſuppoſita comprehenſione Fratrum & aliorum de Rillis in dicta prima Commiſſione, fuiſſe ipſo jure nullam, ideoque ulrra attentata, aliaſque nullitates, aliam quoque adeſſe ex defectu juriſdictionis, ob Partem non citatam ad dicendum contra novam Commiſſionem præcedentis alterativam, quia ſemper Pars in tali alteratione lædi poteſt, ut totidem ferè verbis *Marcheſan. de Commiſſ. part.1. cap.3. num.124. & ſeqq.* Hinc patet benè etiam fuiſſe proteſtatam apertam nullitatem omnium geſtorum ante dictam ultimam Commiſſionem, & præſertim primæ reſolutionis, & omnium Citationum per Edictum, quia facultas ita citandi de Jure Canonico, a Præſulibus Eccleſiaſticis obſervando, non competit, niſi in Commiſſione Papæ expreſsè conceſſa fuerit. *Vant. de Nullit. ex defect. Citat. n.126. Ripol. Variar. tit. de Citation. reſol.3. n.351.* plenè *Rota dec.395. num.1. & per tot. part.9. tom.2. recent.*

Et rurſos quum nulla facta fuerit mentio Proteſtationum, quòd tali citandi modo locus eſſe non poſſet, ex rationibus adductis in alia Proteſtatione ſub die 5. Septembris 1712. judicialiter facta; dicta proinde tertia Commiſſio fuit ſubreptitia, & obreptitia, & attentatè extorta; & omnia pariter attentata, & nulla fuerunt, quæ poſtea a Congregatione uſque ad Sententiam incluſivè geſta fuerunt. *Rota dec.242. num.4. & 5. part.4. tom.2. & deciſ.410. n.9. & ſeqq. part.18. tom.2. recent.*

Accedit, quòd quum actum fuerit contra dictos de Rillis abſentes, & Florentiæ, ubi nati ſunt, commorantes, tanquam reos, & non utì actores vigore *l. Diffamari C. de ingen.*, utique talis citandi modus per Edictum, & per Contradictas contra Viros Nobiles, & qui nunquam perſonaliter citati fuerunt, fuit omnino improprius, & nullo jure va-

lere

lere poteſt, tanquam famoſus, & injurioſus, & ſolùm practicabilis contra contumaces, qui dolo, & cum malitia vera, & poſitiva abeſſe velint a Curia Romana, neque locus eorum habitationis ſciatur; quibus in oppoſitum ſe habentibus, talique injuria gratis irrogata, Proceſſus fuit ipſo jure nullus, & præſertim in Cauſa magni præjudicii, ut eſt præſens. *Baron. de Citat. quaſt.* 8. *num.*61. *&* 86. *Vant. de Nullit. ex defect. Citat. num.*141. *Ubert. de Citat. quaſt.*11. *n.*388. *tom.*2. *& num.*410. *Barz. dec. Bonon.*153. *n.*13. *Rota deciſ.*972. *n.*4. *cor. Seraph.*

Cæterùm, ſi per abſurdum potuiſſet procedi ad talem tam incongruum citandi modum, nihilominus in ſubſtantialibus, & cum certiſſimis nullitatibus erratum fuit: Primò quia antequam deveniretur ad tales Citationes per Edictum & ad Confines, neceſſe erat literas ſcribere dictis abſentibus de Rillis, quorum habitationis locus erat notus Adverſariis ex productione eorum Chyrographi, de quo ſupra, eaſdemqne literas publicis Tabellariis, ſeu Poſtæ, ut ajunt, Florentiæ tradere coram teſtibus, & congruo tempore expectare literas reſponſivas, & illo elapſo Proceſſum per Edictum, & per Contradictas inchoare; & quum hoc prætermiſſum fuerit, Citationes per Edictum, & Proceſſus nullitate laborant. *l.*1. *§. fin. ff. de requirend. vel abſentib. damnand. Oldrad. conſ.*43. *num.*7. *cum aliis apud Card. Thuſc. lit. C. concluſ.*256. *n.*17. Secundò quia antequam procederetur ad Citationem per Edictum, debebat affigi Citatio in ipſa Porta Flaminia controverſa, & hoc omiſſo omnia nulliter geſta fuerunt. *l. Dies cautioni* 4. *§. Prætor ait* 5. *ff. de damno infect. Calderin. conſ.*130. *aliàs fin. in princ. de judic. Card. Thuſc. d. lit. C. concluſ.*256. *num.*18. *Vant. de Nullit. ex defect. Citat. n.*122. *&* 123. Tertiò demum ſolemniſſimè erratum fuit, cum incurſu nullitatis tam Citationum per Edictum, quàm Sententiæ ſubſecutæ, quia in materia merè laicali, & contra laicos alibi natos & degentes ſcribendæ erant Literæ Subſidiariæ, ſeu Requiſitoriæ, & mittendæ ad Judices Ordinarios Florentiæ, & ad Regiam Celſitudinem Sereniſſimi Magni Ducis, ut ad effectum exequendi citationes brachium impertirentur, & ſi ab his hoc fuiſſet neglectum, idque ex Actis conſtaret, tunc poterant per Edictum fieri Citationes, quæ his omiſſis, & ex abrupto, & ſic nulliter factæ fuerunt. *Clement. Paſtoralis §. Ejuſdem, & ſeq. & §. Nos quoque. per tot. d. l.*1. *ff. de requirend. vel abſent. damn. Buron. de Citat. quaſt.*8. *n.*5. *Coſt. de Remed. Subſidiar. remed.*16. *num.*2.

## ARTIC. VI.

*Congregatio votum ſuum injuſtiſſimum contra jus noſtrum in prima reſolutione jam propalaverat, & ideo ſummè iniquum, & irritum fuit nos abſentes, & ignorantes, aut invitos iiſdem ſuſpectiſſimis Judicibus*

P 2 in

*in nova clandeſtina commiſſione* *ſubiicere*. -

Expreſſum denique fuit in ultima parte memoratæ Proteſtationis, quòd non poterant dicti Abſentes de Rillis vocari ad comparendum coram Illuſtriſſima illa Congregatione, quæ animum ſuum propalaverat in prima nobis contraria reſolutione, in qua contra ſenſum claræ literæ antiquarum Conceſſionum declaraverat earum expirationem. Cauſa autem ita enormiter præjudicata, etiam quoad jus dictorum Abſentium, qui expiratis Conceſſionibus, ut perperam fuit reſolutum, nullum jus ſuccedendi ſperare poterant, neque ab iiſdem Judicibus conſequi; quid fuit eos velle cogere ad comparendum, & jus ſuum deducendum coram illis, niſi eos ad certam perniciem, præjudicia, & manifeſta gravamina invitare? Quare Proteſtatio, & Appellatio ab ulteriori Proceſſu, quas interpoſuit Annibal Romæ præſens, non quidem ut Procurator Abſentium, qui hoc ipſi nominatim vetaverant, ſed tanquam unus de populo pro illis, qui nunquam fuerunt in Cauſa, neque in juriſdictionem conſenſerunt, omni jure validiſſimæ fuerunt, & cauſaverunt nullitatem, & attentata in omnibus ſubſecutis, ut notoria ubique, & Romæ etiam viget praxis, de qua *Viv. deciſ.36. n.6. Scacc. de Appellat. quæſt.17. limit.47. memb.3. num. 2. & 4. cum aliis apud Sabell. in Summ. §. Judex. n.66. verſ. quod poſſit recuſari &c.*

## ARTIC. VII.

*De ultimis Solemniſſimis, & omnium maximis Nullitatibus ex defectu Juriſdictionis, & Citationis ad ſententiam, quæ lata fuit poſt diem illius cadentis, & jam inceptis generalibus Feriis, quod veriſſimum factum certis & innegabilibus probatur demonſtrationibus.*

Superſunt ultimæ duæ ſolemniſſimæ Nullitates, ex defectu nimirum Citationis, & Juriſdictionis, quibus infecta fuit Sententia contra nos lata. Quum enim in illa Judices dicant -- *Definitivè ſententiamus, juxta reſolutionem, ſeu reſolutiones factam, ſeu factas in Congregatione iteratò a nobis habita* --, neceſſariò ſe referunt ad reſolutionem, quæ capta fuit in Congregatione *iteratò* coadunata ſub die 12. Julii 1713. (neque enim poteſt referri ad primam reſolutionem captam ſub die 23. Februarii 1711., quæ ſolùm nominat D. Abbatem Annibalem, & non alios de Rillis, quos continet dicta ſecunda reſolutio) & conſequenter per talem præciſam relationem, reſultantem ex dictione illa *juxta Barboſ. dict.187. n.9. & ſeqq. & dict.358. n.7. Rota deciſ.197. n.5. cor. Card. Celſo.*, cujus etiam vis eſt reſtringere, & limitare referens ad relatum *Lotter. de Re Benef. lib.1. quæſt.40. num. 217. §. Prior igitur. Cyriac. controv.494. num.19. Rota deciſ.429. num.3. cor. Buratt. & dec.361. num.8. coram Dunozet. jun.*, neceſſa-



Digitized by Google

riò ſequitur, quòd Sententia ſubſcripta fuerit, vel ipſa die 12., in qua in ſecunda Congregatione capta fuit reſolutio, vel poſtea, & ſic ſemper poſt diem ſeptimam, in qua cadebat Citatio.

Quare incaſſum cecidit præpotens Cameralium & infelix ſollicitudo, per quam denegatum fuit reſolutionis ſecundæ authenticum documentum, quia res fuit toti Urbi notoria, & proclamata, & in notoriis aliqua non requiritur probatio *Menoch. de Arbitr. caſ. 166. per tot. Rota dec. 577. num. 8. part. 18. tom. 2. recent.* Item quia extant apud nos duo originalia exemplaria citationum ſub die 7. & 8. Julii, quæ a Magiſtro Curſorum authenticata fuerunt; & quorum tenor hic eſt -- *Congregatione Deputata R. P. D. Scotto &c. Romana Porta Flaminia &c. intimetur qualiter die Mercurii 12. currentis hora 21. erit Congregatio in Ædibus R. P. D. Scotti; ideo citetur ad informandum. Inſtante Rev. Cam. Apoſtolica, & Excellentiſſima Camera Capitolina Illuſtriſſimo D. Annibali Rillio* -- Undè in aperto ponitur, reſolutionem fuiſſe captam dicta die 12., & ſub eadem, vel poſtea fuiſſe latam ſententiam, quæ ad illam reſtrictivè ſe refert. Inſuper die 8. (& ſic poſt diem 7. cadentis Citationis) R. P. D. Commiſſarius Generalis Cameræ Apoſtolicæ in calce Citationis ad dicendum contra repetitionem Proteſtationum, reproteſtatus fuit talem repetitionem non admitti in præjudicium expeditionis, & reſolutionis Cauſæ, ſignum evidens, quòd Cauſa nondum erat expedita, & reſoluta ſub prædicta die 8. Tandem ad nimiam veritatis evidentiam accedit exemplar reſolutionis captæ dicta die 12., proprio caractere exaratum in parva Schedula a dicto R. P. D. Gaſpare Turco Commiſſario Generali Cameræ Apoſtolicæ, & uno ex Judicibus dictæ Congregationis, qui illud humaniter miſit ad D. Abb. Annibalem; itaut de tali veritate non ſit ampliùs dubitandi locus; Et hoc ſanè documentum eſt pluſquam authenticum, & æquipollet extractioni factæ per Notarium, quæ per inanem præpotentiam Cameralium impedita fuit, & a Deo Optimo Maximo per ſuam infinitam Bonitatem, Juſtitiamque ſuperabundanter ſuppleta. Notum quippe eſt, quòd contra impedientes extractio authentica habetur pro facta, plenè *Rota cor. Emerix jun. dec. 313. n. 3. & ſeqq. & part. 18. tom. 2. recent. dec. 476. num. 30. & paſſim &c.*

Conſtito igitur ex dictis, quòd Sententia non fuerit prolata ſub die 7. Julii, ſub qua cadebat ad eam Citatio, & in qua expirabat tempus juridicum, incipientibus ſtatim poſtea Feriis generalibus ad jus dicendum ineptis; conſtat pariter de duplici ſuperlativa dictæ ſententiæ nullitate, tam ex defectu Citationis, quàm Juriſdictionis per Ferias ſuſpenſæ; quas Concluſiones omnibus notiſſimas ſuperfluum eſt allegationibus exornare.

Abſque eo quòd aliquid ſuffragari poſſit, quòd terminus die ſeptima

ptima

Digitized by Google

ptima pro ſervato habitus fuerit, quo caſu per quandam fictionem de ſtylo introductam, non obſtante, quòd Sententia poſtea ſubſcribatur quandocunque intra quindecim dies, nihilominus ponitur ab Actuario ſub die cadentis Citationis: Quoniam hoc procedit, niſi probabiliter, aut ex ſententia, aut ex Actis, aut alio modo conſtet, ſententiam non fuiſſe latam, nec ferri potuiſſe in ipſa die, qua cadebat Citatio; Nam dicta fictio, quæ fundatur in præſumptione, quòd lata fuerit ſententia ſub vera die, qua cadebat Citatio, omnino ceſſat, & cedit contrariæ probatæ veritati, ut in terminis *Ridolphin. in Praxi part.1.cap.8. num.261. Poſth. de Manuten. obſerv. 102.n.14. & ſeqq. 32. 33. 34. & 38.* ubi punctualiter ad caſum noſtrum *Gratian. diſcept.438. num.10. Rota poſt Fenzon. ad Statut. Urb. dec.161. §. Nam & ſi &c. & apud Marcheſan. de Commiſſ. part.1. §.1. pag.1222. n.1. & ſeqq. dec.705. n.3. part.3. diverſ. deciſ.252. num.2. part.1. recent., & deciſ.546. num.8. ibique Adden. n.16. cor. S. M. Gregor. XV.*

Concludimus ergo, Sententiam contra Nos latam, & injuſtiſſimam fuiſſe ex dictis in *ſeptem* hujus Operis præcedentibus *Capitibus*; & manifeſtis & inſanabilibus Nullitatibus laborare, hoc *octavo Capite* expenſis ac demonſtratis; & ideo clariſſimis juribus noſtris nihil obſtare, quominus juſtitię implementum [ ut in Deo Optimo Maximo confidimus, a quo id fuiſſe dilatum quidem, ſed non ablatum ſperamus ] ſuo tempore conſequamur. Ad laudem Omnipotentis Dei, Beatiſſimæ ſemper Virginis, Divi Franciſci de Paula Patroni noſtri, & Divæ Mariæ Magdalenæ, cui Sacra die hac Julii 22. Compendio noſtro finem imponimus.

Fun-

Digitized by Google

# Fundamenta Octoginta & duo, ex quibus in hoc Tractatus de Perpetuariis Compendio probatur Heredum, & Succeſſorum quorumlibet extraneorum vocatio ad Portam Flaminiam, & Præfecturam Murorum.

I. EX Jure Communi, quod Perpetuariis concedit interminatam tranſitionem Rerum a Supremo Principe acquiſitarum in quoſcunque Succeſſores tam Univerſales, quàm particulares. *Cap*.1.

II. Ex Statuto Urbis, idem mandante in Feudis, & Officiis, non habentibus annexionem alicujus exercitii, & profeſſionis, ut ſunt prædictæ Porta, & Præfectura. *Cap*.2. *art*.1. 2. & 3.

III. Ex qualitate remuneratoria Conceſſionum. *Cap*.3. *art*.1. & 2.

IV. Ex toto contextu Brevis Julii III., omnem perſonalitatem, ſeu ad certas perſonas reſtrictionem excludentis. *Cap*.4. *art*.1. 2. & 3.

V. Ex non facto, eo quòd omnia deſint indicia, quæ arguere poſſint Conceſſiones fuiſſe juxta propriam naturam Feudi, vel Officii, devolutioni ſubjectorum. *Cap*.4. *art*.4.

VI. Ex particula *cum Juriſdictionibus*, indicante jus, & auctoritatem transferendi in quoſcunque. *Ibid. art*.5.

VII. Quia Julius III., vocando plura genera extraneorum, ab horum Succeſſione perpetua non abhorruerit. *art*.6.

VIII. Ex verbis perpetuitatem exprimentibus, eamque pluries repetitam, atque realem. *art*.7.

IX. Ex verbis *Conceſſimus*, & *aſſignavimus*, quæ natura ſua dominii tranſlationem, liberamque donationem inducunt, & feudalitatem devolutioni ſubjectam excludunt. *art*.8.

X. Quia Conceſſiones Supremorum Principum, niſi aliquid obſtet, factæ in liberum Allodium, & non in Feudum intelliguntur. *artic*.9.

XI. Ex verbis *ſpectare*, & *pertinere*, quæ Conceſſionem realem faciunt, & ad quoſcunque perpetuò tranſitoriam. *art*.10.

XII. Ex realitate, & perpetuitate facultatis nominandi, idem operantibus. *Eodem art*.10.

XIII. Ex *pleni juris* tranſlatione,

conſequenter, ne Succeſſio in ſuſpenſo remanere dicatur, ulteriores perpetuò extraneos fuiſſe vocatos dicendum eſt. *Art.*18.

XXVI. Quia ſi mors Civilis ultimi ex ſpecialiter vocatis, & ſic ſuccedendi incapacis non cauſat devolutionem, extranei neceſſariò ſunt admittendi, ut aliquis adſit Succeſſor, dum Succeſſores Sanguinis omnes ſupponuntur extincti. *Art.*19.

XXVII. Quia prohibita devolutione ob delictum, quæ aliàs de jure non ſequitur, niſi quis in Officio, & proprio munere deliquerit, conſtat eo caſu Succeſſionem deferri extraneis, ne ſupponatur, vel inutiliter devolutionem fuiſſe prohibitam, vel per hoc fuiſſe datam a Pontifice anſam delinquendi in Officio, ſublata pœna privationis Officii, quæ nullo modo dicenda ſunt. *Ibid.*

XXVIII. Omnium validiſſimè, ob prohibitionem devolutionis *quocunque alio modo;* quæ verba clariſſima ſunt, & per ſe ſola clamant, neque habuerunt, neque habere poſſunt reſponſionem. *Ibid.*

XXIX. Ex verbis illis Decretum de non vacando ſtatim ſequentibus — *Sed apud filios, heredes, & Succeſſores præfatos remanere debere* — nam dictio *ſed* adverſatur ſolùm devolutioni, & in cæteris repetit terminos præcedentes, & ſic vocationem extraneorum in dicto Decreto abundantiſſimè contentam. *Art.*21.

XXX. Ex dictione *præfatos*, heredibus, & Succeſſoribus adjecta, quæ pariter repetit extraneos, pluries in Brevi vocatos. *Ibid.*

XXXI. Ex prohibita devolutione *per filiorum, & deſcendentium mortem*, in quibus quum includantur omnes heredes Sanguinis, ne hi per maximum abſurdum ſibi ipſis, & jam mortuis ſubſtituti ſint, extranei vocati, & ſubſtituti neceſſariò intelliguntur. *Art.*22.

XXXII. Ex diſcretivo loquendi modo, dum in parte vacationem prohibente exprimuntur filii, & deſcendentes, & in ſequenti parte remanentia Portæ, & Præfecturæ ſtatuitur in *heredibus, & Succeſſoribus*, qui, ex mox dictis, ſoli extranei eſſe poſſunt. *Ibid.*

XXXIII. Retorquendo objectum de referenda dictione *præfatos* ad illos, qui ſuprà oculis corporeis leguntur, & notando quòd heredes Sanguinis legi nequeunt, quia per mortem ſupponuntur extincti; & ideo oculis mentis extranei legendi ſunt: Filii verò, & deſcendentes etiam corporaliter, & ſimul mentaliter leguntur, ſi de filiis, & deſcendentibus extraneorum in progreſſu intelligantur, juxta allatam diſtinctionem. *Ibid.*

XXXIV. Quia dictio illa *præfatos* immediatè adjecta verbo *Succeſſores*, hos uti proximos refert, qui etiam corporaliter leguntur in *Succeſſoribus poſterorum* a Julio III. expreſsè vocatis, & ſunt, ex dictis, extranei. *Ibid.*

XXXV. Ex verbis dictum Decretum de non vacando ſequentibus, idemque vocantibus *extenſionem, & ampliationem*. Si enim ſo-

los heredes Sanguinis literaliter ſuprà vocatos comprehenderent, nihil extenderent, aut ampliarent; undè ne inutilia ſint, extraneos quoque per dictum Decretum fuiſſe vocatos dicendum eſt. *Art.*24.

XXXVI. Ex verbis illis -- *tui, tuorumque heredum, & Succeſſorum, videlicet primi nati tui, & ſic &c. aliàs juxta Conceſſionis, & extenſionis &c. continentiam, & tenorem eſſe debere &c.* -- quia dictio *videlicet*, non reſtrictivè ad heredes Sanguinis, ut malè contra nos arguebatur, ſed ſtat expoſitivè ad ordinem vocationum, & prælationem illorum de Creſcentiis, cum incluſione ſubſidiaria extraneorum, ut declarant verba illa -- *aliàs juxta &c. Art.*25.

XXXVII. Ex geminatione, & triplicatione perpetuitatis. *art.*26.

XXXVIII. Ex ejuſdem perpetuitatis reali infixione Portæ, & Præfecturæ, quæ cuilibet poſſeſſori jus tribuit. *Ibid.*

XXXIX. Ex demandata ſubrogatione alterius Portæ, ſi Flaminia deſtrueretur; quia hæc ſubrogatio indicat Conceſſionem remuneratoriam, ſive onerosam, & conſequenterad quoſcunque tranſitoriam, dum in ea ſola Princeps tenetur dicto caſu æquivalens dare, aut excambium. *Art.*27.

XL. Ex ordinata Executoribus aſſiſtentia *eidem pro tempore exiſtenti primonato, & nominato*, ut verificetur dictio illa *pro tempore*, quæ oſtendit *primonatorum, & nominatorum* ſucceſſivam pluralitatem, & conſequenter extraneorum, dum heredibus Sanguinis unica nominatio conceditur. *Art.*28.

XLI. Ex derogatione juri conferendi, Conſervatoribus competenti, undè aufertur omnis Regalitas, & fit Conceſſio in purum Allodium omni ſublata devolutione. *Ibid.*

XLII. Quia Gregorius XIII., ut in *Fundamento* 20. dictum fuit, ſupponit, ac declarat, a Julio III. fuiſſe vocatos *Succeſſores quoſcunque*, quos ipſe Gregorius pluries apertè vocans in Confirmatione Julianæ Conceſſionis, utique intelligendum dedit in ea quoque fuiſſe vocatos; ne aliàs doctiſſimus ille Pontifex, & in materia Literarum Apoſtolicarum, ob geſta munera, verſatiſſimus, turpiter erraſſe dicatur. *Cap.*5.*Art.*1.

XLIII. Quia idem Gregorius, non ſolùm confirmando Julianum Breve declaravit fuiſſe ibi vocatos *Succeſſores quoſcunque*, ſed hos ad cautelam de novo vocavit, & per novam penitus Conceſſionem, uti a Confirmatione independentem, & a nova oratione inceptam. *Art.*3.

XLIV. In idem, ex quo deficiant omnes particulæ relativæ ad precedentem Confirmationem. *Ibid.*

XLV. Ex clauſula *ex certa ſcientia*, qua utens Gregorius ſpecialiſſimè informatus Julianæ Conceſſionis, eamque confirmans, ac ſimul vocans *Succeſſores quoſcunque*, utique ſenſum Juris aperuit, & a Julio illos fuiſſe invitatos declaravit. *Ibid.*

XLVI. Ex verbis illis Gregoriani Brevis -- *Et nihilominus potiori pro cautela* --, quæ oſtendunt *Succeſſo-*



Digitized by Google

*ſores quoſcunque* paullo infra nominatos, comprehendi etiam in Conceſſione Julii confirmata; itaut non ex neceſſitate, ſed ad ſuperabundantem cautelam exprimantur, qui aliàs in ſenſu Juris ſufficienter vocati intelligebantur. *Ibid.*

XLVII. Ex clauſulis *ex certa ſcientia, motu proprio, & de plenitudine poteſtatis*, quæ una cum ſpeciali notitia actus confirmati faciunt Confirmationem in forma ſpecifica, cujus effectus eſt, ut actus confirmati fiat declaratio, & in ſubſidium additio, & nova Conceſſio favore perſonarum ſpecialiter expreſſarum, & ſic *Succeſſorum quorumcunque*. *Ibid.*

XLVIII. Ex earundem clauſularum repetitione in nova Gregorii Conceſſione per illa verba -- *eiſdem auctoritate, & tenore perpetuò concedimus &c.* --, attento præſertim *eodem tenore* jam factæ Confirmationis, quæ proinde complectitur *Succeſſores quoſcunque*, & comprehenſos fuiſſe declarat tam in actu confirmante, quàm confirmato, qui pari paſſu ambulant; & eodem modo, quo ad literam exprimuntur in ipſa nova Conceſſione, cujus idem, qui confirmationis, eſt *tenor*, ſeu vocationum ſeries. *Art.4.*

IL. Quia Gregorius diſpoſitionem ſuam appellavit *adjectionem*, & *ſuppletionem*, quod utrumque verbum continet tam declarationem Juliani Brevis pro *Succeſſoribus quibuſcunque*, quàm novam, ſi opus ſit, conceſſionem. Specialiùs verò *Suppletio* ſtat declarativè, ſupplendo ſcilicet ſola verba, & propria nomina *Succeſſorum quorumcunque*, in Conceſſione Julii omiſſa, & ſufficienter in ea per æquipollens contenta; exemplo æquitatis, quæ ex mente legiſlatoris ſupplet quæ ſcripto deſunt. *Ibid.*

L. Quia Gregorius eaſdem, quas Julius, adhibuit formulas, nimirum *plenum jus &c. Spectare, & pertinere &c. Succeſſores poſterorum &c.*, ac proinde declaravit in talibus formulis contineri *Succeſſores quoſcunque*, a ſe paullo ante, & paullo poſt in eodem propoſito nominatos. *Ibid.*

LI. Ex verbis *novas Conceſſionem, & aſſignationem*, quæ ſubſidiariè, & ad cautelam de novo invitant *Succeſſores quoſcunque*. *Ibid.*

LII. Ex verbo *decernimus* adjecto acquiſitioni jurium, & emolumentorum, etiam *Succeſſoribus præfatis*, hoc eſt *quibuſcunque* ſupra nominatis. Nam Verbum *decernere*, & continet juris antiqui declarationem, exercitiumque ſupremæ judicialis poteſtatis, & ſimul novi juris Conceſſionem. *Ibid.*

LIII. Quia in particula illa -- *natis tuis, eorumque poſteris, deſcendentibus, & Succeſſoribus quibuſcunque* -- hæc ultima verba *Succeſſoribus quibuſcunque* ſtare nequeunt adjectivè ad natos, & deſcendentes, ſed neceſſariò ſtant ſubſtantivè, dum pendent a verbo *eorumque*, quod variat, & inflectit orationem, & ſubſtantiva facit nomina omnia immediatè ſequentia. *Art.5.*

LIV. Ex memoratis clauſulis



Digitized by Google

*motu proprio*, *ex certa ſcientia*, & *de plenitudine poteſtatis*, quæ operantur, ut dictio *quibuſcunque* accipiatur in potentiori ſignificatu pro extraneis, neque ineptè ſit intelligenda de deſcendentibus ex fœminis, aut transverſalibus, ut ex adverſo malè aſſertum fuit, licèt nobis, qui tales ſumus, objectum proſit. *Art.6.*

LV. Ob geminatam, ac pluries repetitam particulam *Succeſſoribus quibuſcunque*, majorem proindè vim habentem. *Ibid.*

LVI. Ex verbis illis -- *tibi*, *poſteris*, *deſcendentibus*, & *Succeſſoribus quibuſcunque*, *quoad vixerint*, *ſuffragari* -- in quibus particula *Succeſſoribus quibuſcunque* nullam habet adnexam dictionem relativam *tuis*, aut ſimilem, & ſtat indefinitè, & ſic citra dubium ſubſtantivè, & omnes cujuſcunque generis Succeſſores extraneos qualificat, & admittit. *Art.7.*

LVII. Quia idem Gregorius expreſſit velle ſuas Literas habere vim *validi*, *jurati*, & *efficaciter ſtipulati Contractus*, cujus natura eſt perpetuò ad Succeſſores etiam extraneos tranſire. *Art.8.*

LVIII. Ex clauſula *ſublata &c.* quæ adimis Judici poteſtatem judicandi per interpretationes, & declarationes, ipſumque literæ adſtringit, quæ in caſu noſtro clara eſt pro extraneis *Art.10.*

LIX. Ex tertio Brevi ipſius Gregorii XIII., in quo declarat ſe in duobus præcedentibus Conceſſiones Julii III. confirmaſſe, & approbaſſe, addita particula -- *prout in ſingulis Literis prædictis pleniùs continetur* --, & ſic repetit diſpoſitionem ibi contentam pro *Succeſſoribus quibuſcunque*. *Cap.6. Art.2.*

LX. Quia Alexander Creſcentius junior liberè alienavit Portam, & Præfecturam in Aldobrandinum Urſinum, recipientem pro ſe, & *Succeſſoribus quibuſcunque* pro certo ſoluto pretio, ſibique promiſſa evictione, & non per modum ſimplicis nominationis; & ideo declaratus remanſit illarum tranſitus in extraneos, & principium habuit obſervantia nobis favorabilis. *Art.3.*

LXI. Quia mox dictam alienationem, & acquiſitionem *pro Succeſſoribus quibuſcunque* approbavit, habuitque ratas Summus Pontifex Clemens VIII., talemque confirmavit Aldobrandini plenariam acquiſitionem, ſive primum in extraneos tranſitum. *Art.4.*

LXII. Quia idem Pontifex ultra jam geſta approbavit etiam *ſequenda quæcunque*, quæ quum non poſſent reſpicere acquiſitionem Aldobrandini, ejuſque deſcendentium, utì jam ſecutam, intelligenda ſunt de futura alienatione in extraneos. *Ibid.*

LXIII. Quia ipſe etiam Clemens VIII. in dicta Confirmatione perpetuitatem geminavit, cujus vis extraneorum incluſiva ſatis ſuperiùs indicata fuit. *Ibid.*

LXIV. Ex proœmio Clementini Secundi Brevis, quod pro cauſſa finali ſolam reſpicit privatam utilitatem Coſmi, & Franciſci de Urſinis, quibus Coadjutoriam indulget;

ar-

Digitized by Google

arguendo, quòd Porta & Præfectura conſiderantur uti Feuda, & Officia, exercitii & profeſſionis expertia, & ſic in extraneos tranſitoria, juxta Statutum Urbis *lib.1. cap.* 125., & non de illis, quæ dantur occaſione exercitii, & profeſſionis, & ad extraneos non tranſeunt, quia in his non privata, quam ſolam Pontifex conſideravit, ſed publica verſatur utilitas. *Art.*5.

LXV. Ex narrativa ejuſdem Secundi Clementini Brevis, nominatim referente antiquas Conceſſiones Julii III., & Gregorii XIII., liberamque Ceſſionem Alexandri Creſcentii Aldobrandino Urſino; quæ documenta, & vocationem *Succeſſorum quorumcunque*, & alia extraneos admittentia continent; Nam in talium documentorum ſequelam concessa dicitur Coadjutoria, & ſic non excluſo, ſed poſitivè incluſo eodem extraneorum ſuccedendi jure. *Ibid.*

LXVI. Quia in eodem Brevi pro cauſſa finali concedendæ Coadjutoriæ adducitur poſſibilis caſus privationis Coſmi, & Franciſci, eorumque Familiæ, ſi Aldobrandinus ipſorum frater decederet ſine liberis: Quum enim privatio ſupponat habitum, clarè patet eoſdem Coſmum, & Franciſcum fuiſſe vocatos, eorumque vocatam Familiam; & tamen erant extranei, neque de ſpecialiter invitatis in antiquis Conceſſionibus; undè ex hoc Brevi certa manat declaratio generalis extraneorum vocationis. *Art.*7.

LXVII. Quia dicta poſſibilis privatio Coſmi & Franciſci, a Pontifice ſuppoſita, involvit neceſſarium antecedens, quòd Aldobrandinus prole carens poſſet ad libitum in quoſcunque diſponere. *Ibid.*

LXVIII. Ex clara, ex dictis reſultante, demonſtratione inceptæ, continuatæque obſervantiæ pro Succeſſione extraneorum. *Ibid.*

LXIX. Ex diſpoſitiva ejuſdem ſecundi Clementini Brevis, incipiente *Nos igitur &c.*, & ſic oſtendente ſequelam, & dependentiam ab antiquis narratis Conceſſionibus, extraneos includentibus, & ad corrobationem *Fundamenti LXV. Art.*9.

LXX. Ex illa præſervativa -- *Sine tamen præjudicio Conceſſionis dicto Aldobrandino, ut præmittitur facta* -- quæ probata fuit continere admiſſionem extraneorum. *Art.*9.

LXXI. Ex Pontificia permiſſione Aldobrandino, recipiendi pretium pro re habitura effectum poſt ejus mortem ſine liberis; ſi enim vera eſſet contraria prætenſio, omne jus ipſius fuiſſet extinctum, neque ipſi, ſed Cameræ pretium fuiſſet debitum. Signum eſt ergo, quòd pro tunc etiam, & pro extraneis jus duraturum erat. *Ibid.*

LXXII. Quia Aldobrandinus idem in Inſtrumento conſenſus imponendo primam conditionem Fratribus ſolvendi Sortes Cenſuum pro ſcutis 2000., & eorum fructus, ſe dominum Portæ, & Præfecturæ agnovit etiam poſt mortem ſuam ſine liberis, quod ipſi licitum non fuiſſet, niſi ipſi uti ultimo ex ſpecia-

cialiter vocatis in antiquis Conceſſionibus jus in quoſcunque alienandi non competiiſſet. *Art.*2.

LXXIII. Quia ipſe etiam Aldobrandinus ſe, ſuoſque Succeſſores conſtituit in quaſi poſſeſſione diſponendi favore extraneorum. *Ibid.*

LXXIV. Item apponendo Fratribus Coadjutoribus ſecundam conditionem ferendi Cognomen de Creſcentiis, quòd agens declaravit durationem Conceſſionis Julianæ tale onus imponentis, etiam poſt obitum ſuum ſine liberis. *Ibid.*

LXXV. Ex inſtrumento adeptæ poſſeſſionis a Coſmo & Franciſco, in quo vis major fieri videtur in deputatione, & conſenſu Aldobrandini, quàm in Literis Apoſtolicis. *Art.*12.

LXXVI. Ex clauſula ejuſdem Inſtrumenti *ex nunc prout ex tunc*, oſtendente jus Aldobrandini poſt ejus mortem ſine liberis fuiſſe ad heredes, & Succeſſores extraneos, ut erant Fratres, tranſitorium. *Ibid.*

LXXVII. Quia mortuo Aldobrandino Coſmus ſuam poſſeſſionem ab eo acceptam continuavit abſque nova apprehenſione, ut facere debuiſſet ſi jus ſuum a Pontifice recognoviſſet; undè dicitur recognoviſſe a dicto Aldobrandino jus acquiſitum. *Art.*13.

LXXVIII. Ex Brevi Gregorii XV. extendente Coadjutoriam Clementis VIII. ad vitas Hippolyti, & filiorum Franciſci de Urſinis, & cum præſervatione antiquarum Conceſſionum extraneos quoſcunque vocantium. *Ibid.*

LXXIX. Quia in ſuppoſito, quòd Coſmus Innocentio X. Supplicaverit pro Coadjutoria Fabritii, & hic Gratiam acceptaverit, talis utriuſque conſenſus habuiſſe dicitur vim diſpoſitionis, & exercitii primævi juris, ipſis competentis ex antiquis Conceſſionibus. *Art.*14.

LXXX. Ex teſtamento Fabricii junioris, qui extraneos inſtituendo in ingreſſu, cum primogeniali ordine in progreſſu, & ſic in perpetuum, ad formam antiquarum Conceſſionum, earum perpetuam durationem cum tali ordine interpretatus fuit, & obſervantiam perfecit. *Art.*15.

LXXXI. Ex ſecutis pluries tranſitu, & Succeſſione extraneorum per ſpatium annorum centum, & vigintiſeptem, maxima educitur vis obſervantiæ pluſquam Centenariæ nobis favorabilis. *Art.*16.

LXXXII. Demum ex Conſtitutione Sancti Pii V. 35., quæ prohibet novas Conceſſiones, & Feuda Rerum Eccleſiæ Romanæ, & quaſlibet earum poſt devolutionem prorogationes, obſtrictis duplici ad obſervantiam juramento omnibus futuris Pontificibus, primo quum Conclave ingrediuntur, altero poſt electionem. Quum enim quatuor poſtea Summi Pontifices Gregorius XIII., Clemens VIII., Gregorius XV., & Innocentius X., vel alienationes approbaverint, vel Coadjutorias cum futura ſucceſſione indulſerint favore extraneorum, & ex-

Digitized by Google

extra perſonas ſpecialiter nominatas in antiquis Conceſſionibus, immo illis penitus extinctis; Concludendum eſt pro certa habuiſſe perpetuam extraneorum Succeſſionem, & pro hac compleviſſe centenaria majorem, ſummèque auctorabilem obſervantiam. Nam aliàs injuſtè extendendo antiquas Conceſſiones cum magno Eccleſiæ præjudicio tot doctiſſimi in jure piiſſimique Pontifices, abque ulla cauſſa Pianam Conſtitutionem violaſſent, propriumque duplex jusjurandum conculcaviſſent, quod nullo modo eſt dicendum. *Cap.7. Art.1.*

## Univerſa Objecta, & ſingulorum ſpeciales Confutationes.

I. NON obſtare utrique Fiſco Statutum Urbis, mandans tranſitum in extraneos Feudorum, & Officiorum; Stantibus clauſulis derogatoriis contrariis Statutis, & Chyrographis recentiorum Pontificum, vetantium prorogationes Officiorum vacantium.

Clauſulæ derogatoriæ derogant Statutis contrariis, & non conformibus diſpoſitioni Brevium, ut eſt prædictum, & tanquam appoſitæ favore Conceſſionariorum, non ſunt in eorum odium retorquendæ. In Chyrographis ſupponitur vacatio, quæ in Conceſſionibus noſtris ad quoſcunque perpetuò tranſitoriis non datur, & expreſsè, atque ampliſſimè a Julio III. prohibita fuit *quocunque caſu*; Undè Oppoſitio principium petit, & quod eſt in quæſtione, immo apertè in contrarium ſe habet, ſupponit. *Cap.2. Art.3.*

II. Ut Conceſſiones remuneratoriæ, ex cauſſa onerosa, & ad quoſcunque extraneos tranſitoriæ dicantur, benemerita exprimi debere, & rebus conceſſis æquipollere.

Non eſt neceſſaria expreſſio, ſi verè præcedant merita, & horum æquipollentia probata fuit quoad Cardinalem Marcellum, ejuſque Domum Creſcentiam, ex maximis incommodis, & expenſis per eam paſſis in celebri Legatione pro S. Sede in Concilio Tridentino; Et in omnem caſum dicta æquipollentia requiritur in privatis, & non in Supremo Principe, cujus Conceſſiones merita longè excedentes, ſunt nihilominus remuneratoriæ, & oneroſæ. *Cap.3. Art.2.*

III. Ex proœmio Brevis Julii III., dicentis -- *Exigentibus meritis &c., inducimur, ut te, tuoſque poſteros ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequamur* -- argui Conceſſionem eſſe perſonalem, & ad poſteros, ſeu deſcendentes reſtrictam.

Expreſſio meritorum directè repugnat perſonalitati. Non attenditur proœmium, ſed diſpoſitiva ſi clara ſit, ut in caſu noſtro. Nihil repugnat aliquas nominari perſonas in una parte, & alias diverſas in alia contineri. Cauſſa demum finalis faven-

vendi poſteris pinguiùs impletur, ſi rem liberam potiùs obtineant, & ad quoſcunque tranſitoriam, quàm ſi habeant devolutioni ſubjectam, & ſine facultate diſponendi. *Cap.*4. *Art.*1.

IV. Ex narrativa dicti Juliani Brevis, commemorante præcedentes Conceſſiones Pauli III. ad vitam tantùm Octavii, & Alexandri de Creſcentiis, probari originariam perſonalitatem, titulum merè adminiſtratorium, ſecutamque vacationem, neque proindè applicabile eſſe memoratum Statutum Urbis.

Julianum Breve in ſecunda ſui parte novam, & a præcedentibus independentem Conceſſionem continet, novaſque perſonas comprehendit, omneſque in perpetuum extraneos; plenum indulget Conceſſionariis dominium; & nominando vacationem intelligit illam facti per mortem poſſeſſoris, exiſtente legitimo Succeſſore; & ſi quis velit loqui de illa Juris per devolutionem, benè convenit illius mentio dictis primis Conceſſionibus ad Vitam reſtrictis, in quibus ceſſare Statutum Urbis non diffitemur; ſed nihil commune habet cum nova ampliſſima Conceſſione favore etiam extraneorum, & quamlibet vacationem, ſeu devolutionem nominatim prohibente. *Cap.*4. *Art.*2.

V. Verba *ampliationis*, *& extenſionis*, quibus utitur Julius III., naturam rei ampliatæ, aut extenſæ non immutare: ideoque qualitatem vitalitiam, ac perſonalem Conceſſionem præcedentium illi etiam ineſſe, quam dictus Pontifex fecit.

Erroneum eſt tale aſſumptum, quia *ampliationes*, *& extenſiones*, ſæpè naturam rerum, & eſſentiam mutant; Et quia Julius III. novam quoque, & independentem Conceſſionem fecit, qua ſtante nulla veterum remanſerunt veſtigia. *Art.*3.

VI. Probari feudalitatem ex eo, quòd Præfectura deſcripta ſit in Libello Reddituum, & Expenſarum Populi Romani.

Unica conjectura non ſufficit; & rurſus illa eſt vaniſſima, quia dicta deſcriptio reſpicit expenſas in emolumentis Præfecturæ, & non Redditus Populi Romani, cui nunquam aliquid ſolutum fuit, aut eſt ſolvendum a Præfectis Murorum. *Art.*8.

VII. Declarationem Julianæ Conceſſionis, quam fecit Gregorius XIII., reſpicere ſolam Portam, & non Præfecturam.

Eodem contextu, eademque verborum conceptione Julius III. complectitur Portam, & Præfecturam; Si ergo declaravit Gregorius Succeſſionem extraneorum in Porta ex verbis Julii, talis declaratio afficit etiam Præfecturam. *Art.*15. & latiùs *Cap.*5. *Art.*6.

VIII. Decreti de non vacando, ſeu prohibitæ quocunque modo devolutionis magnam non eſſe vim, tanquam poſiti in executivis.

Tale ampliſſimum Decretum eſt in parte diſpoſitiva, & malè in contrario *Summario* poſitum fuit inter clauſulas executivas, alterando veram originalis Brevis ortographiam, per

Digitized by Google

per inadvertentiam ( ut creditur ) Amanuenſis, aut Impreſſoris. In omnem caſum magna ſemper vis eſt dicti Decreti, etiamſi fuerit in executivis. *Art.*17.

IX. Explicari idem Decretum de non vacando, per reſolutionem pluralitatis in ſuas ſingularitates, ut ſcilicet devolutio ſequi non debeat per ſingulorum mortem, ſi alii vocati ſuperſint, ſecus ſi omnes vocati deficiant.

Miſerum ſubterfugium! Nam penitus inutile fuiſſet idem Decretum, utì continens notiſſimam Juris diſpoſitionem, ſi in dicto ſenſu eſſet intelligendum. Rurſus id prohibet devolutionem *per mortem omnium* vocatorum, & ſic etiam ultimi; Undè contraria interpretatio eſt directè contra literam Brevis. Regula demum reſolvendæ pluralitatis in ſingularitates procedit in caſu tantùm affirmativo, & nunquam in negativo, ut eſt præſens: Item ſi plures a principio vocati fuerint, ſecus ſi unus tantùm, ut in hypotheſi, excludente dictam reſolutionem jure accreſcendi. *Art.*18.

X. Verba immediatè ſequentia prædictum Decretum, ſcilicet *Sed apud filios, heredes, & Succeſſores præfatos remanere debere* --, illud reſtringere ad eoſdem ſuperiùs nominatos, & aliorum extraneorum Succeſſionem excludere.

Aſſertio hæc utroque claudicat pede, ſuppoſito nimirum, & illatione. In ſuppoſito, quia dicta particula -- *Sed apud filios &c.* -- non eſt appoſita per modum cauſſæ, ſeu rationis, quo tantùm caſu aliquam fortè operari potuiſſet limitationem ad præcedentia, ſed potiùs ad deſignandum effectum; & per modum cauſſæ ſtant verba antecedentia ipſius Decreti, devolutionem generaliſſimè prohibentia. Illatio pariter erronea eſt, quia dicta ſecunda particula ad ſummum inducere poſſet prælationem perſonarum ſpecialiter contemplatarum, quibus deficientibus extranei habentes triplicem vocationem a Jure Communi, Statuto, & a Pontifice concedente, ad Succeſſionem ſunt admittendi: Specialis enim proviſio hominis non facit ceſſare generalem proviſionem Legis, aut ejuſdem hominis; neque incluſio unius eſt excluſio alterius, qui aliundè includitur: Et proſtant exempla Juriſpatronatus, Fideicommiſſorum, & Feudorum, quæ defectis perſonis ſpecialiter invitatis, liberè ad Succeſſores quoſcunque ultimi illorum tranſeunt. *Art.*20.

Cæterùm directè retorqueri dicta verba -- *Sed apud filios, heredes, & Succeſſores præfatos remanere debere* -- ex pluribus motivis, & præſertim quia remanentia Portæ, & Præfecturæ mandatur a Pontifice *in heredibus* quoque, nunquam ſuperiùs in Brevi nominatis; & in *Succeſſoribus præfatis*, qui ſoli ſunt ſupra expreſſi *Succeſſores poſterorum*, quorum, utì & *heredum* nomine, citra dubium veniunt extranei, plenè probatur *Art.*21. & 22.

XI. In Feudis, & Officiis nomen *heredis* intelligi de heredibus Sanguinis, & maximè ſi præcedat nomen *filii*. R Pro-

Procedit propoſitio, quando extranei juris reſiſtentiam habent, vel quando adſunt Circumſtantiæ reſtringentes Conceſſionem ad ſolos heredes Sanguinis. In hypotheſi extranei multiplicem habent Juris aſſiſtentiam, & Circumſtantiæ plurimæ pro ipſis militant, nullæque iis adverſantur. Et tollit omne dubium, quòd heredes nominantur in dicta particula ſequente Decretum de non vacando poſt apertè declaratum, & præſuppoſitum defectum omnium heredum Sanguinis. Semper enim extranei veniunt, etiam in materia differente, quando in illis Sanguinis nomen *beredum* nequit habere locum, ut in hypotheſi, quia defeciſſe ſupponuntur. *Art.* 23.

XII. Quòd in verbis illis Juliani Brevis -- *Tui, tuorumque beredum, & Succeſſorum prædictorum, videlicet primi nati tui, & ſic de primo nato &c. aliàs juxta Conceſſionis &c. continentiam, & tenorem &c.* -- dictio illa *videlicet* intermedia declaret *beredes, & Succeſſores* accipi debere pro heredibus Sanguinis immediatè expreſſis in *primo natis* Alexandri Creſcentii.

Interpretatio hæc nihil probat, quia nimis probat, dum excludit perſonam nominandam, ejuſque deſcendentes, & proximiorem, qui omnes ſunt extranei, & literalem habent vocationem. Rurſus relatio illa ſtatim ſequens -- *aliàs juxta Conceſſionis &c. continentiam, & tenorem &c.* -- adamuſſim repetit extraneos ibi contentos, & declarat dictionem *videlicet*, ut ſtet demonſtrativè, & prælativè quoad deſcendentes, non reſtrictivè, ſeu taxativè. *Art.* 25.

XIII. Gregorii XIII. Breve geminatè continens *Succeſſores quoſcunque*, hos tamen non vocare, tanquam merè confirmatorium Brevis Juliani, eos non vocantis.

Julianum Breve ſatis apertè, (ex latè probatis) vocat extraneos. Si de hoc dubium eſſe poſſet, ſatis potens eſſet pro extraneis declaratio ex Confirmatione Gregorii exprimentis illos. Breve Gregorianum in ſola prima parte eſt Juliani confirmatorium, & in ſecunda novam, independentemque continet Conceſſionem pro *Succeſſoribus quibuſcunque*. *Cap.* 5. *Art.* 1. & 3.

XIV. Ex Gregorii Confirmatione a Creſcentiis obtenta, argui Conceſſionis Julianæ vim nullam, aut ſaltem dubiam eſſe.

Confirmationes corroborant, & non infirmant antiquiores Conceſſiones. Contrarium vociferari, eſt per indirectum impedire aditum ad Summum Pontificem, reverentiam erga S. Sedem, ejuſque notabilem proventum; ſe opponere univerſali conſuetudini tales Confirmationes impetrandi, quam etiam magni Principes reverenter obſervant; & de mendacio turpiter arguere ipſum quoque Summum Pontificem Gregorium XIII., dicentem in dicto Brevi -- *Quum autem ea majorem obtineant firmitatem, quæ ſæpiùs Apoſtolica fuerint auctoritate confirmata; Idcirco nos &c.* -- Certum denique eſt Confirmationes poſſe ad Summum

mum ſuperflua eſſe, nunquam tamen Impetrantibus nocere poſſe. *Art.2.*

XV. Gregoriani Brevis verba *Succeſſoribus quibuſcunque*, etiam ſine extraneorum incluſione ſatis operativa remanere vocando deſcendentes ex fœminis, & tranſverſales.

Quid imbecillius, leviuſque dici poterat? Nobis objectum prodeſt, qui Urſinæ, Creſcentiæque Gentibus tranſverſa jungimur Cognatione. Sed pudet nos veteres Juriſconſultos erroneis etiam conceſſis motivis uti. Quoad deſcendentes ex fœminis, ut de his *Succeſſores quicunque* intelligantur, aliquorum ſententia fuit, ſed a *Rota Romana*, & ab aliis communiter reprobata. Quoad tranſverſales propoſitio eſt penitus nova, quos nemo adhuc Sanguinis Succeſſores, aut heredes aſſeruit. Additur (ſed verè ex abundanti) clauſulas *motu proprio*, *ex certa ſcientia*, *& de plenitudine poteſtatis* operari, ut dicta verba *Succeſſoribus quibuſcunque* accipiantur in potentiori ſignificatu, & ſic pro extraneis quibuslibet. *Art.6.*

XVI. Per errorem fuiſſe appoſita dicta verba *Succeſſoribus quibuſcunque* in Brevi Gregoriano, confirmante Julianum, quod ſupponitur extraneos non comprehendere.

Non præſumitur error, & certis debet probari demonſtrationibus, quarum ne una quidem minima datur: Immo omnes ad excluſionem erroris militant. Gregorius enim errare non potuit in facto, quia ferè de verbo ad verbum retulit Conceſſionem Julii: Non in Jure, quia talis error nunquam datur in Summo Pontifice, habente omnia Jura in Scrinio pectoris; & quia Gregorius fuit Juris peritiſſimus, & in Literis Apoſtolicis, ob geſta pridem munera, verſatiſſimus. Cæterùm Papæ, ſi daretur in eo, Juris error non ſuffragatur, & ejus Gratia nihilominus (ſalvo errore facti) obtinentibus prodeſt: Omnis demum cujuſcunque generis error excluditur, nedum per clauſulam *ex certa ſcientia*, *& de mera deliberatione*; ſed etiam ex alia efficaciſſima, per quam voluit ſuas Literas *de intentionis ſuæ defectu notari non poſſe*. Error autem nonne voluntatem, & intentionem ſubvertit? Et nihilominus voluit Pontifex ſuum Breve plenum effectum ſortiri. *Art.6.*

XVII. Ex particula *quoad vixerint* vocatis appoſita, errorem prædictum confirmari, & perſonalitatem Conceſſionis oſtendi, quòd repugnet eam ſimul eſſe vitalitiam, atque perpetuum.

Talis procedit repugnantia in Conceſſione facta ad unius tantùm perſonæ vitam, & cum declarata reverſione ad concedentem: Secus verò ſi Conceſſio pluribus perſonis, pluribuſque perſonarum generibus in perpetuum facta fuerit ordine ſucceſſivo, quia tunc perpetuitas reſpicit Conceſſionem, & omnes vocatos ſimul ſumptos; & vitalitia temporalitas ad ſingulos refertur, & explicat dominii reſolutionem per cujuſque mortem, nec tamen cau-



Digitized by Google

ſat devolutionem ſuperexiſtentibus vocatis, etiam extraneis *quibuſcunque*, quorum ſucceſſio perpetua eſt, & locum habet in ingreſſu, proſequente in progreſſu alia primogeniali in omnibus deſcendentibus, quibus deficientibus illa reſurgit in novo ingreſſu, cum prædicto ſimili progreſſu, & ſic deinceps in infinitum. Demum dicta particula *quoad vixerit* ſtare dicitur per viam modi, & nihil perpetuo juri præjudicat, quia præcedit rei, & proprietatis Conceſſio, & extraneæ ſunt inſpectiones ad ſimplicem uſusfructus tranſlationem pertinentes, nimiſque clara, geminata, & incavillabilis eſt expreſſio *Succeſſorum quorumcunque*, quos per errorem fuiſſe invitatos a doctiſſimo, & Juris peritiſſimo Pontifice aſſerere, eſt ipſa vanitate magis vanum. *Art.*7.

XVIII. Non prodeſt, quòd Gregorius XIII. expreſſerit Literas ſuas habere debere vim *jurati Contractus;* quia verè nullum legitimè delatum, ſuſceptumque juramentum apparet.

Per dictam Formulam juramentum habetur pro præſtito ad omnes Juris effectus, atque etiam in foro Conſcientiæ; multòque magis in Summo Pontifice Supremam Spiritualem, ac Temporalem poteſtatem habente, cujus proinde fictio, ut illa Legis, pro veritate ſemper habetur. *Art.*8.

XIX. Quòd Gregorius XIII., omittendo in ſuo ſecundo Brevi particulam *Succeſſoribus quibuſcunque* per hoc interpretatus fuerit primum, ut eos comprehendere noluerit.

Clara, & multiplex *Succeſſorum quorumcunque* expreſſio quæſtionem ceſſare facit; Quia in claris interpretationes non cadunt. Immo potiùs quum in ſecundo Brevi nominaverit *Succeſſores* ſimpliciter, optimè declaravit eos pro ſinonymis habere cum *Succeſſoribus quibuſcunque*, ut verè ſunt de Jure in materia indifferente, & Juris aſſiſtentiam habente; itaut prima eorum nominatio expreſſa, clara, & ſpecialis, ſecundam genericam explicet. *Artic.*21.

XX. Gregorium XIII. in ſuo tertio Brevi narrare, ſe in ſuis duobus præcedentibus approbaviſſe, & confirmaſſe Conceſſiones Pauli III., & Julii III., ac proinde dici non poſſe illas ampliare, & extendere ad *Succeſſores quoſcunque;* & hæc proinde verba per errorem irrepſiſſe, & obſervantiam nobis contrariam inde ortam fuiſſe.

Solita hæc erroris Cantilena jam abundè rejecta fuit, tanquam nullo modo probata, & certiſſimis aliàs demonſtrationibus probanda. Quòd autem dixerit Pontifex ſe confirmaſſe, & approbaſſe veteres Conceſſiones Pauli, & Julii, verum utique dixit, ſed non dixit hoc ſolùm feciſſe, & re vera non fecit; quia ulteriùs declaravit Conceſſionem Julii, & novam ad cautelam fecit pro *Succeſſoribus quibuſcunque*. Ad tollendum verò omne dubium, prædictis verbis approbationis, & confirmationis adjecit particulam *prout*



Digitized by Google

*in Literis prędictis plenius continetur*- Dictio enim *plenius* (quæ a quodam contrario Scribente omiſſa fuit in tranſcriptione talis particulæ) majora expreſſis indicat in relato eſſe, & in referente non expreſſa. *Capit.6. Art.2.*

XXI. Quòd Alexander Creſcentius junior ſimplicem fecerit nominationem, neque uſus fuerit libero, & ad quoſcunque tranſitorio jure, ut feciſſet, ſi tale jus habuiſſet ex Conceſſionibus Julii, & Gregorii, eaſque per hujuſmodi obſervantiam libertatis alienandi excluſivam declaraverit.

Res in contrarium ſe habet, quia Alexander Creſcentius pleniſſimam fecit ceſſionem, & tranſlationem Portæ, & Præfecturæ in Aldobrandinum Urſinum, ſtipulantem pro *heredibus, & Succeſſoribus quibuſcunque*, cum pleniſſima pariter ſubrogatione hujus in locum ſuum, omnibuſque juribus ſuis, promiſſione evictionis, aliiſque pluribus a ſimplici nominatione extraneis; & quod magis eſt, recepto pretio, quod ſanè recipere non potuiſſet pro ſimplici nominatione, tam ex diſpoſitione Juris Communis, quàm ex Sixti V. Conſtitutione. Undè non contraria (ut perperam tentatum fuit) ſed nobis favorabilis, ex tali libera alienatione in extraneum, Summo approbante Pontifice Clemente VIII., obſervantia principium habuit. *Art.3.*

XXII. Obſervantiam perpetui tranſitus in extraneos excluſivam probari ob obtentis Coadjutoriis ad ſolam Vitam Coſmi, & Franciſci de Urſinis, a Clemente VIII. indultis.

Hic Pontifex in proœmio ſui Brevis pro cauſſa ſuæ Conceſſionis Vitalitiæ exprimit Coſmi, & Franciſci commoditatem; Undè nimis improprium eſt interpretari in damnum illorum talem Conceſſionem contra expreſſam Pontificis voluntatem, & Juris regulam, ut ſcilicet per hoc ipſe concedendo, & illi petendo, & acceptando, auferre, & reſpectivè omittere jus liberum, & perpetuum, ex antiquis Conceſſionibus competens, voluerint. Sed hoc tantùm abeſt, ut ex earum narratione, & ſimul liberæ ceſſionis factæ a Creſcentio, ejuſque per ipſum Pontificem approbationis, nec non ex clauſula earum præſervativa, liquidò conſtet in earundem ſequelam Coadjutorias fuiſſet indultas, & remanſiſſe proinde intactum jus primævum, & allodiale ex illis competens: Immo etiam ex hoc, & ex ipſo actu tranſlationis in extraneos, obſervantiam noſtram mirificè comprobari. *Art.5.*

XXIII. Ex quo Clemens VIII. contingibilem expreſſit privationem Coſmi, & Franciſci, eorumque Familiæ, ſi Aldobrandinus decederet ſine liberis, colligi præcedentes Conceſſiones non fuiſſe liberas, & ad quoſcunque tranſitorias, ne aliàs dubitatio Pontificis eſſet incongrua.

Privatio ſupponit habitum; Si ergo Coſmus, & Franciſcus privari potuerunt Porta, & Præfectura, jus ad

Digitized by Google

ad illas habuiſſe ſupponuntur. Quare autem de tali poſſibili privatione congruè dubitavit Pontifex? Quia decedens Aldobrandinus ſine liberis potuiſſet liberè, præteritis Fratribus, in quoſcunque diſponere; Et ex hoc Aſſumptum noſtrum optimè confirmatur, & ex aliis plenè *Artic.6. & 7.*

XXIV. Per indultas petentibus Coadjutorias, Portæ & Præfecturæ adjectam, infixamque fuiſſe qualitatem vitalitiam, & temporalem, abolitumque fuiſſe jus perpetuum.

Non ablatum, non abolitum, ſed ſuſpenſum dumtaxat fuit Jus perpetuum per Coadjutorias, durantibus ſcilicet vitis Coadjutorum, & fuit nominatim præſervatum a Papa per illa verba -- *Sine tamen præjudicio Conceſſionis dictæ Aldobrandino, ut præmittitur, factæ* --, quæ Conceſſio continebat non ſolùm prædictum jus perpetuum, & tranſitorium ad quoſcunque, ſed etiam ejus actuale exercitium per approbationem liberæ alienationis recepto pretio, & cum clara acquiſitione pro *heredibus, & Succeſſoribus quibuſcunque*. Hinc obſervantiæ noſtræ clara manat confirmatio tam reſpectu primæ alienationis in extraneum, ab Alexandro nimirum Creſcentio juniore in Aldobrandinum Urſinum; quàm reſpectu hujus ſecundæ Aldobrandini in Coſmum, & Franciſcum fratres, & pariter extraneos, & quibus nihil præjudicavit Conceſſio ad vitam quoad jus perpetuum, quia huic non renunciaverunt, maximè quum in pupillari ætate Coadjutoriam acceptaverint, neque jus præſens haberent, aut in ſpe proxima, exiſtente Hippolyto natu majore, ad quem prima cauſa ſuccedendi in dicto jure perpetuo ſpectabat: quibus ita ſe habentibus nulla potuit induci contraria obſervantia. *Art.8.*

XXV. Quia Clemens VIII. dictas Coadjutorias indulgendo dictis Coſmo, & Franciſco, dixit antiquas Conceſſiones, ſeu Literas Apoſtolicas Julii III., & Gregorii XIII. *extendere, & ampliare*, declaraviſſe videtur in his illos non fuiſſe comprehenſos.

Rectè dixit Clemens *extendere, & ampliare* antiquas Conceſſiones, quia earum ſuccedendi ordinem immutavit, auferendo jus proximum Hippolyto natu majori, & admittendo Coſmum, & Franciſcum, quibus jus remotum competebat, ad quos proinde, ut proximè ſuccedere poſſent, dictas antiquas Conceſſiones utique *extendit, & ampliavit*. Præterea quum ipſe Clemens dixerit in eodem Brevi Coſmum, & Franciſcum privari potuiſſe Porta, & Præfectura, & hæc poſſibilis privatio ſupponat habitum, & vocationem in illis, non potuit poſtea ſibi contradicendo, eoſdem ſupponere non vocatos; & ad hanc evitandam contradictionem ſi omnis capienda eſt etiam impropria interpretatio, multò magis mox dicta congrua, naturalis, & propria capienda erit. *Art.10.*

XXVI. Ex Brevi Gregorii XV., indulgentis alias Coadjutorias Hippo-

Digitized by Google

polyto, & Filiis Franciſci, obſervantiam contrariam juri perpetuo fuiſſe continuatam.

Hippolytus, & Coſmus nullam habuerunt ſcientiam dicti Brevis, multòque minùs renunciaverunt perpetuo juri ex antiquis Conceſſionibus; ac proinde nihil ipſis, aliiſque Succeſſoribus præjudicii illatum fuit ex dicto Brevi clam obtento a ſolo Franciſco. Rurſus non continet derogationem Regulæ 18. Cancellariæ *de jure quæſito non tollendo*, ſine qua hoc cuique ſalvum manet. Habet etiam idem Breve clauſulam præſervativam *ſine præjudicio &c.*, intactum relinquens jus primævum ex antiquis Conceſſionibus. Nullum denique habit effectum, quia ante ejus caſum prædeceſſerunt Hippolytus, & Franciſcus ſine liberis; & certum eſt actus quoſlibet effectu vacuos nullam obſervantiam inducere. *Art.*13.

XXVII. Noviſſimum Breve Innocentii X., concedens Coadjutorias Fabritio, & Vincentio Urſinis, eorumque filiis; pro temporali, & Vitalitia qualitate, & in excluſionem juris perpetui obſervantiam perficere.

Si ſupponitur petitas, & obtentas fuiſſe tales Coadjutorias a Franciſco ( nam Coſmus tunc erat abſens ) nihil fuit præjudicatum Coſmo, & Fabritio ejus primogenito quoad jus perpetuum ex antiquis Conceſſionibus. Si verò ſupponatur a Coſmo, vel de ejus mandato illas fuiſſe petitas, & a Fabritio acceptatas, ipſi conſentiendo proviſioni Apoſtolicæ, dici debent uſi fuiſſe jure diſponendi ſibi competente, cui potiùs quàm Gratiæ acquiſitio adſcribitur. Accedit ſolita clauſula *ſine præjudicio &c.*, jus antiquarum Conceſſionum præſervans, ut dictum fuit. *Art.*14.

XXVIII. Quòd Coſmus pro ultima Coadjutoria Papæ ſupplicaverit, eamque Fabritius acceptaverit; & quòd ut hic perſonalitatem impugnare non poterat, neque antiquas Conceſſiones allegare, ita nec nobis ejus heredibus liceat.

Coſmus non ſupplicavit, neque Fabritius acceptavit, quia uterque erat abſens, & a ſolo Franciſco negocium actum fuit. Rurſus Coadjutoria effectum non habuit, dum Fabritius in antiquis Conceſſionibus vocatus Coſmo patri in jure perpetuo ſucceſſit, & hoc meliori titulo ſibi ſupervento accepiſſe, & continuaſſe poſſeſſionem præſumitur. Vincentius verò alter Coadjutor prædeceſſit, & expiravit omnis affectio. In omnem denique caſum ( ſi oppoſita ſubſiſtere per hypotheſim poſſent ) ex acceptatione Fabritii ad ſummum reſultaret tacita quædam Conceſſio extinctionis veterum Conceſſionum; ſed hæc neque nobis heredibus præjudicaret, neque aliquid roboris haberet, uti continens articulum Juris, in quo non quid aliquis crediderit, aut aſſeruerit, ſed ſolummodo quid ſit verum attenditur. *Art.*18.

XXIX. Quod clauſula – *ſine præjudicio &c.* – in Brevibus Gregorii XV., & Innocentii X. non habeat relationem ad antiquas Conceſ-

ceſ-

Digitized by Google

ceſſiones Julii III., & Gregorii XIII., ſed ſolummodo ad præcedens proximum Clementis VIII. ſecundum Breve, cujus Conceſſio fuit vitalitia, & temporalis, neque proinde præſervatum ſit jus perpetuum.

In dicto ſecundo Clementis Brevi præſervantur Conceſſiones antiquæ, & approbatur libera alienatio in extraneos ſub qualitate juris perpetuò tranſitorii ad quoſcunque: In Brevi Gregorii XV. per ſimilem clauſulam præſervantur omnia contenta in dicto ſecundo Clementis, & ſic etiam omnes ejus præſervationes antiquarum Conceſſionum, & appprobationes liberæ alienationis. In Brevi demum Innoc.X., ſimilis fit præſervatio dicti Gregoriani continentis præſervationem omnium præcedentium: Ergo & hæc omnia in illo præſervantur,& ſalva manent. Cæterùm ſi de his dubitatio aliqua adeſſe poſſet (quæ nulla apud verè Juriſprudentes eſſe debet) ſufficeret conſtare de antiquarum Conceſſionum duratione ad hoc, ut ex poſterioribus Brevibus (quatenus eſſent etiam expresſè illarum revocatoria, & reſtringentia ad certas perſonas) dici non poſſet aliis vocatis præjudicatum; & quælibet reſtrictio intelligenda eſſet facta per errorem, & præoccupationem; ne aliàs Pontifices publicam fidem, & jusjurandum Prædeceſſorum violaſſe, & Acceptantes jus ſuum, & Succeſſorum ſtolidè projeciſſe dicerentur. Debet enim certò conſtare mente, & verbis tam Pontifices voluiſſe antiquas Conceſſiones abolere, quàm Acceptantes mente pariter, & verbis renunciare illis voluiſſe. Fortiùs quia Gregorius XIII. in ſuo Brevi appoſuit clauſulam ampliſſimam revocatoriam, & in priſtinum reſtitutoriam omnium poſſibilium derogationum futurorum Pontificum, cujus debiſſet fieri ſpecialis mentio, & expreſſa derogatio in poſterioribus Brevibus, ut illam tollerent. Stylus denique notorius eſt Summorum Pontificum, ut ſi ſuſpicentur adeſſe poſſe jus præſens, aut futurum Cameræ, vel Datariæ, id ſemper præſervare ſoleant, vel proteſtando novam Gratiam non eſſe conceſſam in ſequelam, & dependentiam juris ab Impetrante prætenſi, vel hunc cogendo illi renunciare. Et hæc eſt praxis recepta, ac frequens, & ab ipſomet Clemente VIII. obſervata.

XXX. Quòd clauſula illa præſervativa ſecundi Clementini Brevis -- *Sine tamen præjudicio Conceſſionis dicto Aldobrandino, ut præmittitur, facta* -- ſe referat ad nominationem, quam fecit ſimpliciter Alexander Creſcentius junior dicti Aldobrandini, juxta facultatem ultimo datam a Julio III., & non ſub qualitate liberæ, & ad quoſcunque tranſitoriæ diſpoſitionis.

Jam fuit ſoluta hæc Objectio ſub *num.*21. Hìc ſolùm additur, quòd Creſcentius ipſe in Inſtrumento Ceſſionis apertè proteſtatus fuit, ſe de Porta & Præfectura diſponere -- ibi -- *& propterea de Officio & Porta hujuſmodi diſponere intendat* -- Notum eſt autem, quòd diſponere lon-

longè plus eſt, quàm ſimpliciter nominare.

XXXI. Non eſſe attendendas antiquas Conceſſiones probari per ſequens Trilemma. Aut modernæ vitalitiæ Conceſſiones ſunt contrariæ dictis antiquis perpetuis, aut ſunt compatibiles, aut ſunt dubiæ. Si ſunt contrariæ; per eas, maximè acceptatas, antiquæ correctæ fuerunt. Si ſunt compatibiles, poſteriores derogaverunt prioribus: Si ſunt dubiæ, juridicam habuerunt interpretationem ab obſervantia.

Retorquendo Trilemma, & falſiſſimis conſequentiis in contrarias veriſſimas directè converſis, ſic dicitur. Si inter antiquas, & modernas Conceſſiones adeſt contrarietas (quæ nulla verè adeſt) non proinde antiquæ a modernis ſublatæ fuerunt; quia non uti Leges noviſſimæ derogant prioribus, ſed priores ſunt perpetuò irrevocabiles, tam ex diſpoſitione juris in *l. fin. C. de locat. prædior. civil. &c.*, quàm in hypotheſi ex attributa natura jurati contractus, ex claris antiquarum per modernas præſervationibus, & ex ampliſſima derogatoria appoſita a Gregorio XIII. omnibus futuris revocationibus. Acceptationem verò Fabritii nullam adeſſe, nihil operari ob præſervativas prædictas, heredibus non nocere, neque inducere confeſſionem Acceptanti præjudicialem in iis, quæ ſunt Juris (qualis eſt verus ſenſus antiquarum Conceſſionum) jam dictum fuit ſupra *num.*28. Si verò antiquæ, & modernæ Conceſſiones ſunt compatibilies, hoc eſt ſe invicem patiuntur, quiſnam ſani capitis expectabit conſequentiam, ergo poſteriores derogant prioribus? & non potiùs, ergo ſtant benè ſimul, & poſteriores aut confirmant priores, aut ſaltem ſe habent indifferenter. Si denique antiquæ Conceſſiones dubiæ ſint, quid inde ſequitur? Quòd non conſtito de contraria Concedentium voluntate, remaneat res in Juris diſpoſitione, & in terminis propriæ naturæ, ad quoſcunque extraneos perpetuò tranſitoriæ. Fuit enim probatum, intentioni noſtræ aſſiſtere tam jus Commune de Perpetuariis, quàm Statutum Urbis, necnon qualitatem remuneratoriam, & titulum ſaltem tacitum donationis, ex quibus ſingulis, maximè verò ſimul junctis, perpetuam extraneorum quorumlibet Succeſſionem Leges diſponunt, quarum proinde ſanctionibus ſe conformare voluiſſe Pontifices concedentes credendum eſt, niſi contraria eorum voluntas, non per dubias, ſed per certiſſimas demonſtrationes appareat. Verùm non ſine magna veritatis offenſione ſupponi poteſt Conceſſiones antiquas eſſe dubias. Omiſſis enim per diſcurſum tot aliis adductis urgentiſſimis argumentis, res eſt in claris pro perpetua extraneorum vocatione in Brevi Julii III., ex Decreto de non vacando, prohibitæque devolutionis *quocunque modo;* & in Brevi Gregorii XIII., ex literali, multiplicique diſpoſitione pro *Succeſſoribus quibuſcunque;* quæ ſanè inſignes ſpecialitates eliminant om-



Digitized by Google

ne dubium. Interpretatio demum contra extraneos capi non poteſt ab obſervantia, quæ nulla adeſt in illorum excluſionem, quæ præciſa, & pluſquam centenaria viget in Succeſſiva, & multiplici ipſorum admiſſione, & quæ locum non habet in claris. Plenè *Art.* 21. 22. 23. *&* 24.

XXXII. Ex Conſtitutione Pii IV., inter ejus impreſſas 104., tolli de medio omnia Feuda, & Conceſſiones Rerum ad S. Sedem, & Rev. Cameram Apoſtolicam ſpectantium, a prædeceſſoribus Romanis Pontificibus, & ab ipſomet Pio factas.

Non obſtat hujuſmodi Conſtitutio; Primò quia nunquam fuit uſu recepta; Secundò quia in illa excipiuntur Conceſſiones correſpectivæ, oneroſæ, & Remuneratoriæ, ut noſtræ ſunt; Tertiò quia Conceſſio Julii III. unicè præcedens dictam Conſtitutionem Pianam, fuit confirmata, & ad cautelam innovata a Gregorio XIII.; Quartò quia idem Gregorius per publicam Conſtitutionem approbavit antiquas Conceſſiones Portarum, Officiorum, aliarumque Rerum ad Capitolium ſpectantium, & ſic vel abrogavit dictam Pianam, vel declaravit Res Capitolii non capere; Quintò quia Sanctus Pius V. novam edidit Conſtitutionem, prohibentem ſolas futuras Conceſſiones, ideoque jam factas tacitè confirmavit, & illi Pii IV., ſi opus fuiſſet, derogavit; Sextò demum quia poſt illam quatuor doctiſſimi, & Juris peritiſſimi Pontifices Gregorius XIII., Clemens VIII., Gregorius XV., & Innocentius X., vel in perpetuum, vel ad tempus antiquas noſtras Conceſſiones approbaverunt, confirmaverunt, ampliaverunt, efformando omni exceptione majorem obſervantiam, dictæ Pianæ Conſtitutioni derogatoriam, nobiſque in hoc, & in cæteris ſummopere favorabilem. *Cap.* 7. *art.* 1.

XXXIII. Conſtitutionem Sixti V. revocaviſſe præteritas Conceſſiones, *niſi* mediante pretio factas.

Cum manifeſto errore facti ex adverſo inadvertenter proceſſum fuit. Nam verbis illis primi Brevis Clementis VIII. -- *Non obſtant. &c. Sixti V. &c. de ſimilibus Officiis, ſeu Portis, mediante ſolatione alicujus pretii non concedendis &c.* — in contrario Summario fuit addita dictio *niſi*, quæ facit contrarium ſenſum. Sed quatenus per impoſſibile adeſſet aſſerta prohibitio gratuitarum Conceſſionum, reſponderi commodè poſſet, noſtras Conceſſiones eſſe Remuneratorias, & ſoluto pretio æquivalentes: Quòd Sixtina loquitur de Rebus S. Sedis, & non de Capitolinis: Et quòd illi in noſtris Brevibus expreſsè derogatum fuit. *Art.* 2.

XXXIV. Obſtare nobis Conſtitutionem Urbani VIII., ejuſque confirmatoriam Innocentii X. prohibentes, atque irritantes omnes Conceſſiones, & prorogationes etiam per modum Coadjutoriæ, aut ſub qualibet ampliſſima forma factas Officiorum S. Sedis Apoſtolicæ.

Quoad Portam conceſſam pleno ju-

Digitized by Google

jure, & non per modum Officii, & cui non principaliter, ſed acceſſoriè annexa eſt Cuſtodia, Conſtitutiones ad rem non faciunt. Quoad Præfecturam verò, quæ propriè eſt Officium, ſed Capitolinum, utì deſcripta in Tabella Officiorum Populi Romani, & habens emolumenta a Gabella Vini, illa utique ſub cenſura prædictarum Conſtitutionum non cadit, quia loquuntur de ſolis Officiis S. Sedis, ſeu Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ. Præterea verſamur in caſibus exceptionum, quas ipſæ Conſtitutiones enumerant, nimirum *ex cauſa oneroſa*, *inveſtitura*, *aut immemorabili* (cui ſanè centenaria æquipollet) *vel ex aliis rationabilibus cauſis*, quæ non defuerunt ipſi Innocentio X. ſecundæ Bullæ auctori, & benè ſcienti præcedentem Urbanam, quique indulgendo Coadjutorias Fabritio, & Vincentio, eorumque Filiis, cognovit antiquarum Conceſſionum perpetuitatem & irrevocabilitatem, eaſque per clauſulam *ſine præjudicio &c.* implicitè præſervavit; aut ſaltem tacitè declaravit, utì continentes Res Capitolii, & Populi Romani in dicta Urbana Conſtitutione non comprehendi. *Cap.7. Art.3.*

# F I N I S.



Digitized by Google

Digitized by Google

# INDEX GENERALIS.

## A

Abſentium nomine quicunque de populo ſine mandato Judicis adeſſe poteſt. *Cap.*8. *Art.*4. *pag.*113. *col.*2. *poſt. med.*

Abſurdum eſt a ſpeciali favore, augumentum denotante, inducere odium, & diminutionem, ſive inferre perſonalitatem, & libertatem excludere. *Cap.*3. *Art.*1. *pag.*10. *col.*1. *in fin.*

Item quod res devolvi prohibitæ perveniant ad eoſdem, qui ſupponuntur extincti, ſeu ad mortuos. *Cap.*4. *Art.*22. *pag.*33. *col.*1. *poſt med.*

Acceptatio non inducitur per ſolam ſcientiam, ſed requirit expreſſum conſenſum. *Cap.*6. *Art.* 13. *pag.*81. *col.*2. *in fin.*

Æquitas ſupplet, quæ ſcripto deſunt. *Cap.*5. *Art.*4. *pag.*46. *col.*1. *in fin.*

*Angelus*, non uti Angelus, ſed tanquam Diabolus, & tyrannidi favens arguitur. *Cap.*5. *Art.*8. *pag.* 57. *col.*1. *in med.*

Appellatio coram honeſtis Viris licita, & valida eſt. *Cap.*8. *Art.*2. *S. Habito demum*. *pag.*111.

Argumentum eſt optimum a ſolito. *Cap.*4. *Art.*24. *pag.*36. *col.*2. *poſt med.*

Nimis probans nihil probat. *Cap.*4. *Art.*25. *pag.*37. *col.*1. *in fin.*

In augumentum inducta, non debent operari diminutionem. *Cap.* 4. *Art.*20. *pag.*32. *in fine Art.*

## B

Benemerita. V. Merita.

Breve Julii III. quæ contineat. *Cap.*4. *Art.*3. *pag.*21. *col.*2.

Bulla, ſeu Conſtitutio Pii IV., revocans Conceſſiones gratuitas, nunquam fuit uſu recepta, neque ipſo vivo Conſtituente. *Cap.* 7. *art.*1. *pag.*103. *col.*1. *in princ.*

Excipit Conceſſiones correſpectivas, oneroſas, & remuneratorias. *Ibid. verſ. Secundò quia.*

Fuit ipſi derogatum per Conſtitutiones Gregorii XIII. & S. Pii V., aut ſaltem ea fuit declarata, quòd non comprehendat Res, & Officia Capitolina. *Ibid. verſ. Quartò quia*, & *col.*2. *a princ. ad med.*

Bulla Sixti V., prohibens Conceſſiones mediante pretio, explicatur, & oſtenditur loqui de Officiis tantùm S. Sedis Apoſtolicæ, & Capitolina non comprehendere, eique in Conceſſionibus, de quibus agitur, fuiſſe derogatum. *Cap.*7. *Art.*2. *pag.*104. *col.*2. *ad med.*

Digitized by Google

*med.* & *pag.*105. *col.*1. *in princ. ad med.*

Bulla Urbani VIII., confirmata ab Innocentio X., prohibens Conceſſiones novas, & antiquarum prorogationes quocunque modo, declaratur plenè, & oſtenditur loqui tantùm de Officiis, & Portæ Flaminiæ non applicari, quę non eſt Officium; non diſponere de rebus Capitolinis, ſed de ſolis Eccleſiæ Romanæ; notando in hoc æquivocum *Rota Romana*, ſe ipſam poſtea prudenter corrigentis. *Cap.*7.*Art.*3.*pag.*105. *col.* 1. *in fin.* & *col.*2. & *pag.*106. *col.*1. & 2.

Exceptiones in ea ponuntur, ex titulo oneroſo, aut remuneratorio, obſervantiâ, aliiſque rationabilibus cauſis, quæ omnes exceptiones applicabiles oſtenduntur. *d.Cap.*7.*Art.*4.*per tot.pag.*107.

# C

Cardinalis Creſcentii laudes, ac benemerita erga Sanctam Sedem. *Cap.*3. *Art.*1. *per tot.pag.*7.

Cauſſa ſemper attenditur potiùs, quæ latiùs patet, quàm effectus ad partem cauſſæ referibilis. *Cap.* 4. *Art.*20. *pag.*31. *col.*1. *ad med.* Maximè ſi non adſit incompatibilitas. *Ibid. in fin.*

In cauſſa potentiùs eſt jus, quam in cauſato. *Ibid.*

Cautela, ſeu Cautio eſt abundantior rei fides, providentia, aut ſecuritas, quæ ſupponit præcedentem adeſſe obligationem, ſed non ita apertam, & claram, ut aliqua tergiverſatione eludi nequeat. *Cap.*5. *Art.*6.*pag.*49. *col.*2. *ad med.*

Citatio falſi procuratoris inducit nullitatem. *Cap.*8. *Art.*2. §. *Quæ ſanè col.*2. *pag.*110. Vel Procuratoris revocati. *Ibid.* §. *Idque indubitabilius*. Facienda eſt omnibus, qui poſſibile damnum pati poſſunt. *Ibid.* §. *Quum certiſſimi*. Eorum, qui non ſunt in Commiſſione comprehenſi, eos non afficit. *Cap.* 8. *Art.*4. *pag.*113. *col.*2. *ante med.*

Pars citari debet ad dicendum contra novam Commiſſionem præcedentis alterativam, aliàs nulla ſunt omnia. *Cap.*8. *Art.*5. *pag.* 114. *col.*1. *in fin.*

Citandi per Edictum facultas de Jure Canonico non competit Judici, niſi expreſsè conceſſa fuerit in Commiſſione Papæ. *Cap.*8. *Art.*5. *pag.*114. *col.*2. *poſt princ.*

Talis Citatio fit nulliter, niſi habeatur mentio proteſtationum eam impugnantium. *Ibid* §. *Et rurſus*.

Eadem contra viros Nobiles, abſentes, non contumaces, & nunquam perſonaliter citatos, dicitur famoſa, impropria, & nulla. *Ibid. in fin.* & *pag.*115. *col.*1. *in princ.*

Eſt nulla contra abſentes, niſi priùs miſſis literis ad eos, & congruo expectato reſponſionis tempore. *Ibid.* §. *Caeterum*.

Item ſub pœna nullitatis talem per EdictumCitationem precedere de-

Digitized by Google

debet affixio Citationis in controverſis bonis. *Ibid. col.2. in princ.*

Item debent eam præcedere Literæ requiſitoriæ Principis, & Magiſtratuum loci, ubi abſentes degunt, aliàs nulliter proceditur citando per Edictum. *Ibid. in fine Art.*

Clara non indigent probationibus aut auctoritatum confirmatione. *Cap.4. Art.17. pag.26. in fin. Art.*

Clauſula *cum jurisdictionibus* inducit Allodium. *Cap.4. Art.5. pag.13.*

Clauſula *pleno jure* operatur meram, & ſimplicem donationem inter vivos, cum omnimoda feudalitatis, & devolutionis excluſione. *Cap.4. Art.11. pag.17. col. 1. in fin.*

Et facit Feudum tranſire in Allodium, & dat plenam facultatem diſponendi. *Ibid. col.2. & Cap.13. pag.18. col.2. & pag.19. col.1.*

Maximè ſi fuerit in parte diſpoſitiva, & realiter adjecta. *Ibid.*

*Potiori pro cautela* ſupponit præcedentem, eamque ſufficientem diſpoſitionem, & declarat novam expreſſionem fieri ex abundanti. *Cap.4. Art.15. pag.23. col.1. verſ. Et nihilominus. V. Confirmatio.*

*In omnibus, & per omnia* nihil excludit de contentis in relato, & omnia complectitur. *Cap.4. Art. 25. pag.38. col.1. in princ.*

*Ex certa ſcientia.V.* Confirmatio.

*De plenitudine poteſtatis. V.* Confimatio.

*Ex certa ſcientia motu proprio, & de plenitudine poteſtatis* operantur, ut verba *Succeſſoribus quibuſcunque* accipiantur in potentiori ſignificatu. *Cap.5. Art.6. pag.50. col.2. in fin. & pag.51. col.1. in princ.*

*Sublata &c.* adimit cuilibet Judici facultatem recedendi a nuda litera, & excludit quamlibet interpretationem, etiam non obſtante apeRitione oris. *Cap.5. Art.10. pag.58. col.1. per tot.*, & cauſat nullitatem, & attentata. *Cap.8. Art.2. §. Demum. pag. 111.*

Non impeditur per eam oppoſitio de non comprehenſione, quod intellige, ſi ea reſultet ex ipſa litera, ſecus ſi ex interpretatione. *Ibid. in fin.*

Præſervativa *ſine præjudicio &c.* continet tacitam conditionem reſolutivam, ut ſi actus præjudicet, habeatur pro non facto. *Cap. 6. Art.9. pag.75. col.2. in princ. & Art.14. pag.84. col. 2. in fin. Art.*

Et ſi reſpiciat actum futurum, tranſcendit terminos ſimplicis preſervativæ, nihil addentis, & ſtare dicitur ampliativè, & per modum principalis diſpoſitionis. *Ibid. ad med. dicta pag.75.*

Facit, ut omnia geſta cenſeantur ad majorem tantùm cautelam. *d. pag.84. col.2. in fin. Art.*

*Derogatoria* omnibus futuris revocationibus, in Conceſſionibus raró apponitur, & appoſita maximam vim habet, neque ipſæ cenſetur unquam revocatæ a Succeſſoribus Concedentium, niſi talis clauſulæ ſpecialiſſima adſimentio, & derogatio. *Cap.6. Art tic.19.*

Digitized by Google

*tic.19. pag.92. col.1. §. Hac autem. & Art.23. pag.98. col.2.*

Coadjutoriæ propriæ objectum eſt utilitas publica, & impropriæ privata. *Cap.6. Art.5. pag.67. col.1. poſt princ.*

Coadjutoria alterans ordinem ſuccedendi, ſine ſuprema Summi Pontificis auctoritate, & Gratia fieri non poteſt. *Cap.6. Art.5. pag.67. col.2. in fin.*

In illa durare ſupponitur antiquior Conceſſio, quæ enarratur, tanquam Gratiæ origo, principium, & fons, & illa cenſetur indulta ex originali durante jure. *Ibid.*

Per mortem Coadjuti titulus & poſſeſſio Coadjutoriæ expirant, & ſuccedit titulus futuræ Succeſſionis, qui indiget nova poſſeſſionis apprehenſione. *Cap.6. Art.13. pag.81. col.2. poſt princ.*

Si Patronus, & ſimul poſſeſſor, ſupplicet Papæ pro Coadjutoria, aut reſignatione favore alterius, hic a Supplicante, & non a Papa Gratiam recognoſcit. *Capit.6. Art.14. pag.84. col.1. ad med.*

Per mortem Coadjutoris expirat omnis effectus proviſionis Papalis, vel ſi ille prædecedat Coadjuto, quia Gratia effectum non habuit, & primum jus firmum manet. *Ibid. ante fin.*

Et expirat omnis affectio ob appoſitionem manus Papæ, & jus primum poſtliminio quodam ad ſuum primum ſtatum revertitur. *Ibid. in fin.*

Commemoratio ſi ſit a rebus commemoratis illativa, earum durationem ſupponit; quia aliàs commemorare ea, quæ tempore implendæ diſpoſitionis non ſunt duratura, perinde eſt ac inferre ex iis, quæ non ſunt, aut nunquam fuerunt. *Cap.6. Art.9. pag.75. col.1. ante med.*

Conceſſiones paſſivam recipiunt interpretationem a Statuto, ut etiam reſtrictæ ad certas perſonas, his defectis tranſeant ad extraneos. *Cap.2. Art.3. pag.6. col.1. & 2. in princ.*

Remuneratoriæ ſunt irrevocabiles. *Cap.3. Art.2. pag.8. col.1.* & aliæ etiam quælibet. *Cap.5. Art.8. pag.57. col.2. ante med.*

Et præſertim Supremorum Principum. *Ibid. verſ. Quod eo magis.*

In his merita etiam exigua ſufficiunt, & non arithmetica, ſed geometrica proportione metienda ſunt. *Ibid. col.2. in fin. & pag.9. col.1.*

Antiquas non ſervare, aut revocare, Succeſſores Pontifices, aut Principes non debere: iniquum eſſe vetera repoſcere, & optimum quemque præſenti ſtatu gaudere, probatur ex Sacris Canonibus, *Livio*, *Plinio*, *Tacito*, optimique Imperatoris Nervæ Edicto. *Cap.7. Art.1. §. fin. pag.104.*

Conceſſio nova, & independens ex quibus arguatur. *Cap.4. Art.3. pag.11. col.2.*

Si poſterior contineat diverſas perſonas, & ſubſtantialiter a veteri diverſa ſit, per actum occultum re-



Digitized by Google

refutationis in manus Domini nova dicitur facta, & vetus extincta. *Cap.4. Art.3. pag.12. col.1. poſt med.*

Deſignans, aut inuitans certas perſonas, tranſit nihilominus ad heredes, & Succeſſores etiam extraneos poſt defectos nominatim vocatos. *Cap.4. Art.12. pag.18. col.1.*

Confirmans præcedentem Conceſſionem, ſi exprimat *Succeſſores quoſcunque*, & aſſerat eodem modo concedere, illi dicuntur vocati etiam in prima confirmata. *Cap.5. Art.4. pag.46. col.1. poſt princ. V.* Confirmatio.

Conceſſionis antiquæ ſi appareat duratio, huic nihil præjudicat reſtrictio poſteriorum ad certas perſonas, quia cenſetur facta per errorem, & præoccupationem, niſi Concedens verbis, & mente clarè exprimat derogationem; & Conceſſionarij pariter jus ſuum mente, & verbis dimiſerint. *Capit.6. Art.19. pag.91. col.2. per tot. & Art.21. pag.95. col.1. in princ.*

Conditio mortis omnium includit ultimum, per cujus mortem impletur. *Cap.4. Art.22. pag.33. col.1. poſt princ.*

Confeſſio non præjudicat confitenti in illis, quæ Juris ſunt. *Cap.6. Art.18. pag.90. col.1. in fine Art.*

Tacita heredibus non nocet. *Ibid. §. Tertiò demum.*

Confirmatio in forma communi non egreditur fines actus confirmati. *Cap.5. Art.3. pag.43. col.1. in princ.*

Secus ſi fuerit in forma ſpecifica, & ex certa ſcientia, quia tunc habet vim novæ diſpoſitionis. *Ibid.*

Si ad actum confirmatum omnimodam habet relationem, ipſum non egreditur, etiamſi contineat novas perſonas; quia iſtæ per errorem additæ cenſentur. *Ibid. col.2. in princ.*

Secus ſi Confirmationem ſequatur dictio *Et nihilominus*, quæ ſtat adverſativè, de novo diſponit, vel auget diſpoſitionem, eamque præciſam reddit, vel in ea contenta pro indubitatis declarat. *Ibid. ante fin.*

Si fiat per verba acceſſoria, & Confirmans non habeat ſcientiam actus confirmati, non diſponit de novo in perſonis ſuperadditis, quia intrat præſumptio erroris. *Ibid. poſt med.*

Ad actum confirmatum reſtringitur, ſi deſit ſcientia Confirmantis ſaltem in genere. *Ibid. pag.44. col.1. §. Tertiò etiam.*

Si habeat clauſulam *ex certa ſcientia*, hæc operatur Juris effectum, & declarationem exiſtentium tacitè in diſpoſitione confirmata, & quæ in Confirmante literaliter exprimuntur *Ibid. ad med.*

Continens verba *Succeſſoribus quibuſcunque*, declarat de his eſſe intelligendam Conceſſionem confirmatam. *Ibid. col.2. poſt med.*

Multòque magis id operatur ex clauſula *potiori pro cautela*, ex qua ſolùm ex abundanti, & ad majorem certitudinem expreſſi di-

T cun-

Digitized by Google

cuntur *Succeſſores quicunque*, qui aliàs in ſenſu Juris vocati intelliguntur in diſpoſitione confirmata. *Ibid. in fin. & pag.*45. *col.*1. *in princ.*

Si contineat clauſulas *ex certa ſcientia*, *motu proprio*, *& de plenitudine poteſtatis*, una cum ſpeciali notitia actus confirmati, dicitur abſolutè in forma ſpecifica, declarat, & corroborat actum confirmatum, ejus vitia, & defectus ſupplet, & in additis eſt nova Conceſſio, ſi illa neque per viam declarationis dici poſſint contenta, & inveniri in actu confirmato. *Ibid.* §. *Declarationi V.* Conceſſio confirmans &c.

Confirmationes poſſunt ad ſummum inutiles eſſe, nunquam tamen impetrantibus nocere. *Cap.*5. *Artic.*2. *pag.* 41. *col.*2. *in fin.*

Comparativum ſupponit poſitivum. *Cap.*5. *Art.*6. *pag.*50. *col.*1. *in princ.*

Conſtitutio V. Bulla.

Conſenſus Domini, vel Patroni præſtitus collationi Papæ ( niſi hæc nominatim facta fuerit tanquam de libero) præſervat non ſolùm eorum jus, ſed etiam conſtituit, aut conſervat in quaſi poſſeſſione, & habetur pro diſpoſitione, aut præſentatione. *Cap.*6. *Art.*11. *pag.*79. *col.*2. *ad med.*

Contractus natura eſt ad heredes, & Succeſſores tranſire. *Cap.*5. *Art.*8. *pag.*56. *in princ. Art.*

# D

Declaratio deſumitur a proœmio in rebus dubiis, & non in claris. *Cap.*4. *Art.*1. *verſ. Secundò quod. pag.*9.

Unius Brevis fit ex alio. *Ibid. pag.* 9. *in fin. verſ. Tertiò*, *& pag.*10. *col.*1. *in princ.*

Ejus eſt magna utilitas auferre occaſionem craſſioribus errandi, & verſutis decipiendi. *Cap.*4. *Art.*15. *pag.*22. *col.*2. *verſ. Ideo.*

Decretum de non vacando, non ſolùm in parte diſpoſitiva, ſed etiam in executivis poſitum, ſemper inducit tranſitum ad extraneos. *Cap.*4. *Art.*17. *pag.*25. *col.*2. *& pag.*26. *col.*1. §. *Caterùm*, *& col.*2.

Etiam in materia Juris reſiſtentiam habente, quia Juris diſpoſitioni derogat. *Ibid. d. col.*2. *d. pag.*26.

Nunquam eſt apponi ſolitum, ſi aliquo caſu ſequi poſſit devolutio. *Cap.*4. *Art.*18. *pag.*27. *col.*2. *in princ.*

Impediens devolutionem per mortem omnium, impedit eam per mortem ſingulorum, & etiam ultimi vocatorum. *Cap.*4. *Art.*18. *pag.*28. *col.*2. *in fin. & pag.*29. *col.*1. *& ex* 2. *in princ. & per tot.*

Devolutionem prohibens per mortem civilem omnium vocatorum, & ſic etiam ultimi eorum, extraneorum vocationem inducit. *Cap.*4.

*Cap.4. Art.19. pag.29. col.1. ad fin.*

Multòque magis ex particula *quocunque modo*, quæ clariſſima eſt, & explicatione non eget. *Ibid. pag.30. a princ. ad med.*

Defectus quorum ſupponitur, eorum repugnat repetitio. *Cap.4. Art.22. pag.34. col.1. in princ.*

Deſcendentium in vocatione ſi ſolitum ſit apponi adjectivum *suorum*, ſi hoc omittatur, omnes aliarum perſonarum vocatarum cenſentur invitati, ob vim diſcretivæ locutionis. *Cap.4. Art.16. pag.26. col.2. ad fin.*

Determinatio eadem reſpiciens plura, omnia eodem modo determinat. *Cap.4. Art.15. pag.24. col.2. in princ. & Cap.5. Art.7. pag.55. col.2. ante fin.*

Devolutionis prohibitio. V. Decretum de non vacando.

Devolutio ſequitur de Jure ex morte civili ultimi vocatorum. *Cap.4. Art.19. pag.29. col.1. §. Vigeſimum ſextum.*

Ob delictum de Jure non ſequitur, niſi adſit Confiſcatio, vel quis deliquerit in proprio munere. *Ibid. col.2. a princ. ad med.*

Dictio *&* *ſic* eſt explicativa, & ampliativa. *Cap.4. Art.14. pag.21. col.1. §. Et quoniam.*

Dictio *hujuſmodi* relationem reſtringit ad magis proxima, & immediatè præcedentia. *Cap.4. Art.24. pag.36. col.1. in fin.*

Et æquipollet dictioni *talis* & *tales*. *Ibid. col.2. in princ.*

Dictio *aliàs* ſignificat alio pleniore modo, & per alios caſus, & perſonas rem exprimi in relato, & relationem ſtare facit ampliativè, & augumentativè ad expreſſa. *Cap.4. Art.25. pag.37. col.2. poſt med.*

Eſt adverbium qualitatis, & æqualitatis, Sinonyma exprimit, & ſupplet referens ex relato. *Cap.4. Art.27. pag.39. col.1. ante med.*

Dictio *juxta* dicit relationem. *Cap. 8. Art.7. pag.116. col.2. poſt med.*

Et reſtringit referens ad relatum. *Ibid. in fin.*

Dictio *ſed* adverſatur ſolùm caſui, vel facto illi, ad cujus impedimentum apponitur, & in reliquis omnibus retinet, ac repetit idem thema, eoſdemque terminos totius præcedentis diſpoſitionis. *Cap.4. Art.21. pag.32. col.2. in princ.*

Dictio *ipſe* eſt perſonalis, & alios excludit. *Cap.8. Art.4. pag.113. col.2. in fin.*

Dictio *prafatos* repetit omnes ſupra nominatos. *Cap.4. Art.21. pag. 32. col.2. §. Necnon.*

Dictio *videlicet* ſtat demonſtrativè, & prælativè, & non reſtrictivè, ſeu taxativè. *Cap.4. Art.25. pag. 37. col.2. ad med.*

Dictio *pro tempore* ſucceſſivam pluralitatem oſtendit. *Cap.4. Art.28. pag.39. col.2. in fin.*

Dictio *Et* pariformiter determinat perſonas expreſſas. *Cap.4. Art.28. pag.40. col.1. in princ.*

Dictio *nihilominus*. V. Confirmatio.



Digitized by Google

Dictio *& ſic* eſt repetitiva qualitatum proximè expreſſarum. *Capit.5. Art.7. pag.53. col.2. poſt med.*
Dictio *plenius* ſupponit majorem plenitudinem ſubſtantiæ in relato exiſtentis, & in referente non expreſſæ. *Cap.6. Art.2. col.2. ante med. pag.63.*
Et majoris eſt efficaciæ, quàm dictio *latiùs*, quæ rei ejuſdem dilationem, non autem novæ ſubſtantiæ adjectionem continet. *Ibid.*
Dictio *forſan* importat dubietatem facti, & non Juris. *Cap.6. Art.6. pag.70. col.2. §. fin.*
Dictio *igitur* demonſtrat conſecutivam illationem a præcedenter narratis, neque eorum ſubſtantiam mutat. *Cap.6. Art.9. pag.74. col.2. ad med.*
Dictio *ac etiam* ampliat diſpoſitionem, importat majora expreſſis, & a caſu dubitabili removet omne dubium. *Cap.6. Art.12. pag.80. col.2. poſt princ.*
Diſcretivus, ac diverſus loquendi modus in deſignandis perſonis, harum diverſitatem in animo loquentis oſtendit. *Cap.4. Art.22. pag.33. col.2. ante med.*
Diſpoſitiva in parte eſſe dicuntur, quæ poſita ſunt ante verbum illam regens, & in eadem oratione. *Cap.4. Art.17. pag.25. col.2. in fin.*
Donationis eſſentia inducit tranſitum in extraneos, & facultatem diſponendi. *Cap.4. Art.12. pag.18. col.1. & 2.*
Donationibus remuneratoriis convenit ſubrogatio rei æquipollentis, ſi donata, aut conceſſa facto Principis, etiam ob publicam utilitatem deſtructa fuerint. *Cap.4. Art.27. pag.39. col.2. in fine Art.*
Dubium illud ſolùm dicitur, quod turbat viros verè peritos, & non ſolos ſemidoctos, aut Doctorellos. *Cap.6. Art.24. pag.99. col.2. in fin.*

# E

Error non præſumitur, & probari debet concludentiſſimis demonſtrationibus. *Cap.5. art.6. pag.51. poſt med.* Et maximè in facto proprio. *Ibid.*
Excluditur ex geminatione verborum. *Ibid. ad med.*
Nec non ex clauſulis *ex certa ſcientia, & de mera deliberatione. Ibid.*
Et clariſſimè, ſi declararet diſponens, quòd diſpoſitio notari nequeat de intentionis defectu, in quo error conſiſtit. *Ibid. & pag.52. in princ.*
Exercitium, ſive profeſſio intelligitur de illis, quæ ſtudio, & tempore acquiruntur, & ex quibus Feuda, & Officia tranſeunt ad alios filios habiles. *Cap.2. Art.2. pag.4. §. Primò.*
Viliſſimum exigendi pedagia non præſumitur impoſitum viris Patriciis. *Ibid. pagin.5. col.1. §. Quartò.*
Extraneorum generalis vocationis ar-

Digitized by Google

argumentum eſt, quòd aliquo caſu Diſponens ab eis non abhorruit. *Cap.4. Art.6. per tot. pag.13.*

Item operatur idem perpetuitas, maximè repetita, & realis. *Capit.4. Art.7. pag.13. col.2. in fin. & pag.14. col.1.*

Item inducitur eorum vocatio ex verbis *concedimus, & aſſignamus*. *Cap.4. Art.8. pagin.14. col.1.*

Itelliguntur vocati ad Officia per Supremos Principes conceſſa heredibus, & non ſoli Sanguinis heredes. *Cap.4. Art.9. pag.16. col.1. in fin.*

# F

Facultas nominandi realis, & perpetua inducit extraneorum vocationem. *Cap.4. Art.10. pag.16. col.2. in fin.*

Et data primis, cenſetur data omnibus futuris Succeſſoribus. *Ibid. pag.17. col.1.* Et maximè ſi facta non ſit ſubſtitutio certæ perſonæ in caſum non factæ nominationis. *Ibid.*

Facultas diſponendi in quoſcunque, eſt quædam juriſdictio. *Capit.3. Art.5. pag.13. col.1. in fin.*

Facit vocationem conditionalem, ut ſcilicet vocati ſuccedant, ſi anteriores poſſidentes non diſpoſuerint. *Cap.6. Art.7. pag.72. col.1. poſt med.*

Facultas nominandi ex quibus probetur perpetua, & realis. *Cap.4. Art.14. pagin.20. col.2.*

Facultas regendi, & gubernandi per alios facit Feudum improprium, & ad extraneos quoſcunque tranſitorium. *Cap.4. Artic.16. pag.25. col.1. in fin.*

Favor & major gratia eſt, rem liberè, & cum facultate alienandi concedere, quàm cum onere devolutionis. *Cap.4. Art.1. pag.10. col.1. verſ. Quintò verba.*

Favore alicujus inducta, non debent in ejus odium retorqueri. *Ibid. in fin. Art. & Art.28. pag.39. poſt med. col.2. & Cap.5. Art.7. pag.55. col.2. in princ.*

Feuda, & Officia ex Statuto Urbis pro ſinonymis habentur. *Cap.2. Art.1. in fin. pag.3. col.1. & 2. verſ. maximè.*

Et etiam de Jure communi, pari paſſu ambulant. *Ibid. col.2. verſ. ſed etiam, & Cap.3. Art.9. pag.16. col.1. verſ. Quod ſanè.*

Quænam ſint tranſitoria ad ſolos filios ex dicto Statuto, & quæ dicantur conceſſa ratione exercitii, & profeſſionis. *Cap.2. Art.2. pag.4. & 5.*

Non habentia annexionem exercitii, & profeſſionis, ſunt tranſitoria ad extraneos ex dicto Statuto Urbis. *Cap.2. Art.3. pag.6.*

Ex verbis *concedimus, & aſſignamus*, aliiſque ſimilibus liberam donationem indicantibus, impropriantur, & fiunt ad extraneos tranſitoria. *Cap.4. Art.8. pag.15. col.1. in princ.*

Propria ſunt, etiamſi titulus cum

Digitized by Google

Feudalis deſit, & concurrant circumſtantiæ Feudalitatem indicantes. *Ibid.* §. *Secundus eſt caſus.*

Si concurrant etiam pro Allodio, huic favet aſſiſtentia Juris. *Ibid.* §. *Tertius caſus eſt.*

Feudalitatis indicia, & proprietates enumerantur. *Cap.4. Art.4. per tot. pag.12. col.2.*

Feudum efficitur improprium, & ad quoſcunque tranſitorium ex facultate regendi, & gubernandi per alios. *Cap.4. Art.16. pag. 25. col.1. in fin.*

Ex diſpoſitione Juris, vel hominis hereditarium, defectis perſonis ſpecialiter contemplatis, ad ſuam primævam naturam revertitur. *Cap.4. Art.20. pag.32. col.1. poſt princ.*

Non in Feudum, ſed in allodium intelligenda eſt Supremi Principis Conceſſio. *Cap.4. Art.9. pag.15. in fin. & 16. col.1.*

Fictio Supremi Principis, ut illa Legis, habetur pro veritate. *Capit.5. Art.8. pag.56. col.1. in fin. & col.2. in princ.*

Fratres ſunt extranei. *Cap.6. Art.12. pag.80. col.2. in fin.*

# G

Geminatio verborum habet majorem vim, & errorem excludit. *Cap.5. Artic.6. pag.51. col.2. ad med.*

Gravare aliquem idem eſt, ac alium ſubſtituere. *Cap.5. Art.7. pag.54. col.1. ante med.*

Gravati fideicommiſſo habent dominium reſolubile. *Ibid. col.2. ante fin.* Et tot dicuntur conceſſiones, quot ſunt perſonæ vocatæ. *Ibid.*

In Gratiis novis concedendis ſtylus eſt Summorum Pontificum clauſulam apponere, quòd non cenſeantur conceſſæ in ſequelam, & executionem juris ab impetrante prætenſi, vel eum cogere ad juri ſuo renunciandum. *Capit.6. Art.19. pag.92. col.2. in fin. Art.*

Gregorius XIII. fuit doctiſſimus Juriſconſultus, & verſatiſſimus in materia Literarum Apoſtolicarum, & quæ munera in minoribus geſſerit. *Cap.4. Art.15. col.1. in fin. & col.2. pag.22.*

# H

Heres ab inteſtato ſi fuerit vocatus, multò magis eſt admittendus heres ex teſtamento, qui illi præfertur. *Cap.4. Art.10. pag.17. col.1. & Art.14. pag.20. col.1.*

Si ratio diſpoſitionis reſpiciat heredes Sanguinis, his cenſetur conceſſa prælatio, & extranei ſuccedunt illis defectis, tanquam in diſpoſitione generaliter vocati. *Cap. 4. Art. 20. pag. 31. col.1. in princ.*

Heredis nomen in Feudis, vel Officiis, ratione ſubjectæ materiæ ſolos continet heredes Sanguinis. *Cap.4. Art.23. pag.35. col.1. in*

Digitized by Google

*in fin. & col.2. in princ.*

Limita ſi extranei Juris aſſiſtentiam habeant. *Ibid.*

Item limita quando nomen Heredis profertur in caſu, in quo locum habere nequeunt heredes Sanguinis, vel quia vocati non ſint, vel haberi nequeant, vel defeciſſe ſupponantur. *Ibid. d. pag.35. in fin. & 36. in princ. col.1.*

# I

INcluſio unius non eſt excluſio alterius, qui aliunde includitur. *Cap.4. Art.20. pag.31. col.2. poſt princ.*

Indefinita relatio *prædictorum* univerſaliter comprehendit omnes ſupra nominatos. *Cap.4. Art.18. pag.27. col.1. in princ.*

Intentio diſponentis non ſolùm ex facto, ſed etiam ex non facto æquè arguitur. *Cap.4. Art.4. verſ. Quintum. pag.12. col.2.*

Judex, qui propalavit votum ſuum, uti ſuſpectus recuſari poteſt, & nulliter quis arctatur ejus judicio. *Cap.8. Art.6. pag.116. col.1. in fin. & per tot.*

Juramentum habitum pro præſtito idem operatur ac ſi realiter præſtitum fuiſſet; tam ad omnes Juris effectus, quàm quoad conſcientiam. *Cap.5. Art.8. pag.56. col.1. poſt med.*

Juris aſſiſtentia transfert onus probandi contrariam voluntatem Diſponentis in Adverſarium, & operatur ut leviora argumenta, quæ Juri conſonant, prævaleant contrariis pluribus, & fortioribus, Legum calore deſtitutis. *Cap.6. Artic.24. pag.100. col.2. verſ. In hoc rerum ſtatu, & pag.101. col.1. in princ. ad med.*

Jus conferendi ſi illis, quibus competit, auferatur, ablata dicitur omnis Regalitas, omniſque devolutio; & conceſſio in purum Allodium facta intelligitur. *Cap.4. art.28. pag.40. in fine Art.*

Jus in ſpe, præſertim remota, nullam, aut exiguam habet æſtimationem. *Cap.6. Art.10. pag.77. col.1. ad med.*

Jus alterius ſemper intelligitur præſervatum, niſi adſit expreſſa derogatio Regulæ Cancellariæ *de jure quæſito non tollendo*. *Cap.6. Art.13. pag.82. col.1. ante med.*

Juſpatronatus agnatitium, gentilitium, aut miſtum, tale durat durantibus perſonis ſpecialiter contemplatis, & his defectis ad ſuam primævam hereditariam naturam revertitur. *Cap.4. Art.20. pag.31. col.2. poſt med.*

# L

LEges poſteriores derogant prioribus, ſi illis contrariæ ſint. *Cap.6. Art.23. pag.97. col.1. in fin. & col.2. in princ.*

Poſteriores a prioribus determinantur, & ſupplentur. *Ibid. dicta col.2. poſt princ.*

Non corrigunt anteriores, niſi id

id expreſsè, & de neceſſitate inferatur. *Ibid. pag.*98. *col.*2. *a princ. ad med.*

In Literis Apoſtolicis prohibitum eſt ſub pœna excommunicationis unum verbum, literam, punctum, aut virgulam alterare. *Cap.*4. *Art.*17. *pag.*26. *col.*1. *verſ. non quòd optimi.*

# M

MErita tranſeunt ad heredes. *Cap.*3. *Art.*1. *pag.*7. *col.*2. *verſ. Hinc maxima.*

Et illa etiam cum Eccleſia Romana. *Ibid. verſ. Necnon.*

Stant loco pretii, faciuntque contractum correſpectivum, & ad extraneos tranſitorium. *Cap.*3. *Art.*2. *pag.*8. *verſ. merita.*

Exprimi debent, & æquivalere rei conceſſæ. *Ibid. verſ. nihil obſtante.*

Limita primam partem ſi conſtet verè præcedere. *Ibid.* & ſecundam in Principibus Supremis, a quorum magnitudine etiam exigua merita amplè remunerantur, & faciunt actum correſpectivum, & oneroſum. *Ibid. col.*2. *verſ. Et quod in omnem.*

Metienda ſunt non arithmetica, ſed geometrica proportione. *Ibid.* §. *Praterea d. pag.*8. *in fin.* & 9. *in princ.*

Eorum expreſſio repugnat perſonalitati Conceſſionis, & tranſitum in extraneos præſefert. *Cap.* 4. *Art.*1. *verſ. Primò ſcilicet. pag.*9. *col.*2. *in princ.*

# N

NEgativa magis negat, quàm affirmet affirmativa. *Cap.*4. *Art.*18. *pag.*27. *col.*2. *in fin.*

Nobilibus non eſt inconveniens exercere per alios exactionem proventus Portarum. *Cap.*2. *Art.*2. §. *Quartò. pag.*5.

Pro nominatione ſimplici interdictum eſt, tam de Jure Communi, quàm ex Bulla Sixti V., pretium accipere. *Cap.*6. *Art.*3. *pag.*64. *col.*2. *poſt princ.*

In notoriis alia non requiritur probatio. *Cap.*8. *Art.*7. *pag.*117. *col.*1. §. *Quare incaſſum.*

Novatio extinctiva ut adſit, hoc exprimendum eſt, neque perſonarum, conditionum, aut temporum additio, aut detractio illam inducunt, neque aliquid demunt de veteri obligatione. *Cap.*6. *Art.*18. *pag.*89. *col.*2. *ante med.*

Nullitas inducitur Sententiæ, ſi ordo Judicii non ſervetur, præjudiciales Articuli priùs non reſolvantur, & ſi intricatior, & perplexior evadat alicujus Partis defenſio. *Cap.*8. *Art.*3. *verſ. Præjudicialitas. pag.*112.

# O

OBſervantia declarat jus dubium, certumque reddit, novumque titulum perficit. *Cap.*6. *Art.*9. *pag.*76. *col.*1. *poſt princ.*



Digitized by Google

In ea ſe fundans oſtendere debet actus eam inducentes habuiſſe effectum. *Cap.6. Art.13. pag.83. col.1. ante med.*

Inducitur ex actibus præcedenti titulo conformibus. *Cap.6. Art.15. pag.85. col.2. in fine Art.*

Centenaria præſervatur in Conſtitutione Urbani VIII., ejuſque principium non a tempore Conſtitutionis, ſed a primis ejuſdem actibus accipitur. *Cap.6. Art.16. pag.86. col.1. ante med.*

Non inducitur deſtructiva antiquarum Conceſſionum per Coadjutorias ad vitam obtentas a Papa, etiamſi hic declaret ſe non intelligere aliquod jus antiquius approbare, niſi cogat illi renunciare obtinentem. *Cap.6. Art.16. pag.86. col.1. in fin.*

Eam ſatis fundat pro extraneis ſola materialis tranſlatio in eoſdem extraneos cum voluntate, & aſſenſu Pontificis per centum, & ampliùs annos. *Ibid.col.2. in fin.*

Attenditur ſolùm in rebus dubiis, & nihil obſtat in claris. *Cap.6. Art.17. pag.87. col.1. ad med. & Art.24. pag.101. col.2. §. Hac autem.*

Eſt ſimplex conjectura. *Ibid. verſ. Eſt enim.*

Nihil operatur, ſi adſit clauſula *ſublata &c.* & alia *Ac præſentes Literas &c. Ibid. in fin.*

Officia quoad tranſitum in extraneos ex Statuto Urbis. *V. Cap.2. Art.1. 2. & 3. & in Verbo* Feudum.

Omnia notata in quodam Libello, Romæ edito anno 1604., ſubjacent Statuto Urbis. *Cap.125. lib.1.*

Et ſunt ad extraneos tranſitoria. *Cap.2. Art.1. in fin. pag.4. col.1. verſ. Attento potiſſimùm.*

Capitolina tranſire conſueverunt etiam ad Eccleſias, & Loca Pia, & ad mulieres. *Cap.2. Art.2. §. Sextò. pag.5.*

In ipſis a Supremo Principe conceſſis heredum mentio intelligitur non de ſolis heredibus Sanguinis, ſed etiam de extraneis. *Cap.4. Art.9. pag.16. col.1. in fine.*

# P

PActa noviſſima derogant primis, ſi contraria ſint, & cum certo omnium Contrahentium derogatorio, & revocatorio conſenſu, & niſi prima fuerint futuris derogatoria; aliàs prima ſemper prævalent. *Cap.6. Art.23. pag.97. col.2. §. Alter, & pag.98. col.1. poſt princ.*

Perpetuarii latè ſumpti ſunt omnes gaudentes aliquo jure perpetuo. *Cap.1. in princ. pag.1. col.1.*

In ſpecie ſunt, quibus a Principe Supremo res aliqua in perpetuum conceſſa fuit, & quot modis. *Ibid.*

Eos faciunt jus emphytheuticum, & Feuda hereditaria. *Ibid. col.2.*

Habent jus ad heredes, & Succeſſores quoſcunque tranſito-



Digitized by Google

rium. *Ibid. & in fin. Cap. pag.*2. *col.*2. *poſt med.*

Qui Doctores de ipſis ſcripſerint. *Ibid.*

Securi ſunt ab aliorum acquiſitione, ſe invitis, etiam per Principis Reſcriptum demandata. *d. Cap.*1. §. *Illud etiam. pag.*1. *&* 2.

Quæ pœna ſtatura fuerit adverſus exequentes contra ipſos Perpetuarios Reſcripta Principum avocatoria, & aliis concedentia. *Ibid. col.*1. *in prin. pag.*2.

Verba Conſtitutionis Imperatorum Theodoſii & Valentiniani illorum favore. *Ibid. col.*1. *&* 2.

Perpetuitas geminata vocationem extraneorum magis inducit. *Cap.*4. *Art.*26. *pag.*38. *col.*1. *ad fin.*

Multòque magis ſi rei adjecta ſit. *Ibid. col.*1. *poſt princ.*

Inducit vocationem extraneorum. *Cap.*4. *Art.*7. *pag.*13. *col.*2. *in fin. & pag.*14. *col.*1.

Perſonæ ſpecialiter vocatæ in una parte diſpoſitionis, habent prælationem vocatis generaliter in alia, quæ ſuccedunt illis ceſſantibus. *Cap.*4. *Art.*1. *pag.*10. *col.*1. *verſ. Quarto nullam.*

Perſonalitas. V. in Verbo *Merita*, & in Verbo *Abſurdum*.

Excluditur, ſi poſterius Breve novam Conceſſionem, latioremque contineat. *Cap.*4. *Art.*2. *pagin.*10. *col.*2. *verſ. Prima eſt, & Art.*3. *pag.*11. *col.*1.

Pluralitas non reſolvitur in ſuas ſingularitates in caſu negativo, ſed tantùm in affirmativo. *Cap.*4. *Art.*18. *pag.*27. *col.*2. §. *Repugnat etiam.*

Et maximè ex diverſitate rationis. *Ibid.*

Item ſi unus tantùm a principio vocatus fuerit. *Ibid. pag.*28. *in princip.*

Et quoties locus eſt juri accreſcendi, quod ſemper impedit pluralitatis in ſingularitates reſolutionem. *Ibid. col.*1. *ad med.*

Pontifex Summus non poteſt credi rem mali exempli, & ſcandali plenam feciſſe, invitando ad delinquendum. *Cap.*4. *Art.*19. *pag.*29. *col.*2. *poſt med.*

In eo præſumitur diligens, & accurata rei inſpectio, quando agitur de ejus, vel Cameræ præjudicio. *Cap.*6. *Art.*6. *pag.*69. *col.*2. *in fin., &* 70. *col.*1. *in prin.*

Ejus proviſio ſpecialis, quocunque modo fiat, non alterat rerum ſtatum, neque præjudicat jus aliunde habentibus, niſi hi illi renunciaverint ſpecialiter, etiamſi per longiſſimum tempus Proviſiones Apoſtolicæ factæ fuerint. *Cap.*6. *Art.*8. *pag.*73. *col.*2. *ad med.*

Omnium maximam habet dignitatem, ac poteſtatem ſupremam in Spiritualibus, & in Temporalibus; Summum Romanorum habet Imperium in Regnis, locisque ſibi ſubjectis, ut probare ſe aſſerit Auctor in quodam ſuo inedito Opere. *Cap.*3. *Art.*2. *in fin. pag.*9.

Errare non poteſt in Jure, & dicitur habere omnia Jura in ſcrinio pectoris. *Cap.*5. *Art.*6. *pag.*51. *col.*1. *in fin.*



Digitized by Google

Si ipſi vera in facto ſupplicatio porrigatur, quæ contineat errorem Juris, Gratia non vitiatur, & talis error non nocet. *Ibid. & col.2. in prin.*

Non præſumitur dolum, & turpitudinem approbare. *Cap.6. Art.3. pag.64. col.1. poſt med.*

Porta principaliter, & pleno jure conceſſa, tanquam annexa venit Cuſtodia. *Cap.2. Art.2. §. Tertiò. pag.4. & 5.*

In Portis, & Officiis concedi ſolitis nulla verſatur publica utilitas, ut inde poſſint Conceſſiones revocari, & illa auferri. *Cap.5. Art.9. pag.56. col.2. ad fin.*

Primogenialis ordo cenſetur repetitus ex perpetuitatis repetitione, & ex motivo affectionis. *Cap.5. Art.7. pag.52. col.2. §. Prima quod, & pag.53. in prin. & per tot.*

Principes Supremi tenentur fidem ſervare, ex ſua promiſſione obligantur, prout ipſemet Deus Optimus Maximus obligatur; neque proprios contractus poſſunt infringere niſi ex cauſa publicæ utilitatis, ſeu potiùs neceſſitatis Reipublicæ periclitantis, reſuſoque æquivalente. *Cap.5. Art.9. pag.56. col.2. per tot., & pag.57. col.1. in prin.*

Privatio ſupponit habitum, & vocationem. *Cap.6. Art.7. pag.71. col.1. poſt prin.*

Procurator, ſi actum gerat cum circumſtantiis conformibus mandato, hujus vigore operari cenſetur, licèt hoc non exprimat. *Cap. 6. Art.15. pag.85. col.2. poſt prin.*

In procemio quid dicatur non eſt curandum, ſed quid dicat diſpoſitiva. *Cap.4. Art.1. verſ. Secundò quod. pag.9. col.2.*

Proximiore ſingulariter vocato, ſi addantur perpetuitas, & ordo primogenialis, intelligitur facta gradualis vocatio omnium proximiorum in infinitum, & a Theorica *Cumani* receditur. *Cap.4. Art.16. pag.24. col.2. in fin., & pag.25. col.1. in prin.*

Pupilli nequeunt aliquod obſervantiæ principium dare. *Cap.6. Art.8. pag.74. col.1. in prin.*

# Q

Qualitas rei adjecta, illam in naturam ſibi conformem transfert. *Cap.4. Art.26. pag.38. col.2. ad med.*

# R

Reciproca ſubſtitutio linearis facta per mortem omnium, cenſetur facta ultimo morienti. *Cap.4. Art.18. pag.28. col.2. poſt prin.*

Relatio indefinita. V. *Indefinita Relatio.*

Facta ad præcedentem diſpoſitionem, omnes perſonas in illa contentas repetit. *Cap.4. Art.25. pag.37. col.2. poſt prin.*

Res quum eſſe ceperint, manent, auctæ non extinguuntur, ſed coaleſcunt, adjectiſque partibus au-



Digitized by Google

gentur, & conſervantur. *Cap.6. Art.18. pag.88. col.1. in fin.*

Retrotractio non datur in præjudicium eorum, quibus medio tempore fuit jus quæſitum. *Cap.6. Art.12. pag.80. col.2. poſt med.*

# S

SCripturæ extractio authentica contra impedientes habetur pro facta. *Cap.8. Art.7. pag.117.col.2. poſt med.*

Sententia perplexa, obſcura, conditionalis, aut incerta, ſemper nulla eſt. *Cap.8. Art.3. in fin. pag.113. col.1. in fin. Art.*

Sententia lata intra quindecim dies a termino pro ſervato habito, valet, quia præſumitur lata ſub die cadentis Citationis; Sed ſi conſtet verè latam fuiſſe poſtea, utique nulla eſt. *Cap.8. Art.7. pag.118. col.1. per tot.*

Similitudo circumſtantiarum arguit unum actum in ſequelam alterius fuiſſe geſtum. *Cap.6. Art.15. pag. 85. col.2. poſt princ.*

*Spada conſ.49. num.21. lib.1.* declaratur.

Specialis proviſio hominis non facit ceſſare generalem proviſionem legis, ſi una alteram non impediat. *Cap.4. Art.20. pag.31. col.2. in princ.*

Statutum Urbis prohibet poſt annum allegationem quarumlibet nullitatum. *Cap.8. Art.1. §. Sed antequam. pag.109. & pag.110.*

Ejus ſunt limitationes. Primò, Si nullitati annexum ſit ſpolium; ſecundò Si concurrant etiam attentata; tertiò Si agatur de Clericis Statuto non ſubjectis; quartò, Si nullitas reſpiciat abſentes origine Romanos, ſed in alia ditione natos, & habitantes; quintò, Favore infantium, & pupillorum; & ſextò Si Factum alteratum fuerit. *Ibid. per tot. Art.*

Succeſſio in ingreſſu hereditaria, & in progreſſu primogenialis, quomodo ſe habeat, & quomodo ex ea concilientur materiales diſpoſitionis diverſitates. *Cap.4. Art.14. pag.21. col.2. poſt med.*

Ne in ſuſpenſo remaneat prohibita reverſione ad Concedentem, & defectis nominatim vocatis, tranſit ad heredes, & Succeſſores etiam extraneos. *Cap.4. Art.18. pag.27. col.1. ad med.*

Succeſſores Poſterorum debent neceſſariò eſſe perſonæ diverſæ ab ipſis poſteris, quibus ſuccedunt. *Cap.4. Art.14. pag.19. col.1.*

Pluraliter expreſſi, & cum plurali relatione, non comprehendunt ſolos deſcendentes unius tantùm perſonæ. *Ibid. pag. 20. col.1.*

Eorum appellatione veniunt heredes Univerſales, Donatarii omnium bonorum, & Succeſſores particulares, omneſque extranei. *Ibid.*

Intelliguntur pro Succeſſoribus quibuſcunque. *Cap.4. Artic.15. pag.22. col.1. & pag.23. col.2. §. Poſt hanc, & pag. 24. col.1.*

Ta-

Digitized by Google

Tales verè, & propriè ſunt heredes. *Cap*.4. *Art*.22. *pag*.34. *col*.1. *in fin*.

*Succeſſoribus quibuſcunque* vocatis, in Curia Romana ampliùs non diſputatur venire quoſlibet extraneos. *Cap*.5. *Art*.5. *pag*.47. *in fin*.

Procedit Concluſio etiam in terminis Feudorum, Officiorum, & Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, Juris reſiſtentiam habentium. *Ibid. pag*.48. §. *Primò quod*. Multòque magis in materia indifferente. *Ibid.*

Item ſi dicta verba ſtent adjectivè, & non ſubſtantivè. *Ibid. col*.2. §. *Secundò præmittitur*.

Sive ſubſtantivè, ſive adjectivè poſita fuerint dicta verba, ſemper extranei veniunt, quia tota vis conſiſtit in dictione *quibuſcunque*. *Ibid.* §. *Tertiò præmittendum*.

Quòd eorum appellatione veniant ſoli deſcendentes etiam ex fœminis, eſt opinio reprobata. *Cap*.5. *Art*.6. *pag*.50. *col*.1. §. *Altera fuit*, & *col*.2. *per tot*.

Ipſis in antiqua Conceſſione vocatis, non præjudicat acceptatio novæ Conceſſionis, ſeu Inveſtituræ, factæ pro ſolis deſcendentibus. *Cap*.6. *Art*.18. §. *Tertiò demum &c. pag*.90. & *per tot Artic.*

Superfluitas, & inutilitas diſpoſitionis ſemper vitanda eſt, & ad eas excludendas alia quælibet capienda eſt interpretatio etiam Juris correctoria. *Cap*.4. *Art*.18. *pag*.27. *col*.2. *ad med.*

Suppoſito deficiente, deficit propoſitum, ſeu diſpoſitum. *Cap*. 4. *Art*.23. *pag*.35. *col*.1. *ad fin.*

Supremi Principis ſuppoſitum diſponit. *Cap*.6. *Art*.7. *pag*.71. *col*.2. *poſt med.*

# T

Tenor ſignificat ordinem, formam, progreſſum, ac ſeriem diſpoſitionis. *Cap*.4. *Art*.15. *pag*. 23. *col*.1. *in fin.* & *col*.2. *in princ.*

Teſtamentum continet quoddam juriſdictionis exercitium, & dicitur quædam Sententia. *Cap*.4. *Art*.5. *pag*.13. *col*.1. *in fin.*

Ex titulo ſupervento magis proficuo cenſetur quis poſſeſſionis cauſam ſibi mutaviſſe, vel jus novum veteri accumulaſſe. *Cap*.6. *Artic*.13. *pag*.83. *col*.1. *poſt med.*, & *Art*.18. *pag*.88. *col*.1. *in fin.*

# V

Vacatio alia Facti, alia Juris, & qualis utraque ſit. *Cap*.4. *Art*.2. *pag*.10. *col*.2. *verſ. Tertia demum*, & *pag*.11. *col*.1. *in princ.*

Verba *regere*, & *gubernare* etiam ad res proprias referuntur. *Ibid. pag*.5. *col*.1. *in princ.*

Verba dubia diſpoſitionis declarantur a proœmio, non autem clara, & explicatione non indigentia. *Cap*.4. *Art*.1. *verſ. ſecundò quod*. *pag*.9. *col*.2.

*Extendere*, & *ampliare* non ſequuntur ſemper naturam rei extenſæ, & ampliatæ, ſed quando-

Digitized by Google

doque eam immutant. *Cap.* 4. *Art.*3. *pag.*12. *col.*1. *in princ.*

Neque retinent præcedentem perſonalitatem. *Ibid.*

*Concedimus*, *& aſſignamus* donationem ad quoſcunque tranſitoriam inducunt. *Cap.*4. *Art.*8. *pag.*14. *col.*2. *& pag.*15. *col.*1. ubi tres caſus diſtinguuntur.

*Spectare*, *& pertinere* ſignificant veram & actualem dominii tranſlationem. *Cap.*4. *Art.*10. *pag.*16. *col.*2. *in princ.*

Inducunt Conceſſionem realem, & ad quoſcunque tranſitoriam. *Ibid.*

Poſita per modum rationis, & cauſſæ, ampliant, & reſtringunt diſpoſitionem; Secus adjecta ad deſignandum effectum. *Cap.* 4. *Art.*20. *pag.*30. *col.*2. §. *Erroneum ſanè*.

Taxativa quomodo reſolvantur in demonſtrativa. *Cap.*4. *Artic.*20. *pag.*31. *col.*2. *in fin. & pag.*32. *col.*1. *in princ.*

Intentioni inſervire debent, & non intentio verbis. *Cap.*4. *Art.*22. *pag.*34. *col.*1. *poſt princ.*

Verba *quoad vixerint* probant onus reſtituendi. *Cap.*5. *Art.*7. *pag.*53. *col.*2. *in fin.*, *& pag.*54. *col.*1. *in princ.*

Stant per viam modi quando præcedit rei, & proprietatis Conceſſio, & deſignant gravamen reſtituendi, ad differentiam ſimplicis uſusfructus ſine proprietatis conceſſione. *Cap.*5. *Art.*7. *pag.* 55. *col.*1. §. *Cæterùm*.

Neque repugnant perpetuitati, quia hæc reſpicit conceſſionem, & collectivam vocationem plurium perſonarum, pluraque genera vocatorum, cum expreſſione vitalitii juris ſingulorum pro tempore ſuccedentium. *Ibid. col.* 2. *verſ. Denique*, *& per tot.*

Verba *extendere*, *& ampliare* ſignificant progreſſum de termino ad terminum. *Cap.*6. *Art.*10. *pag.*79. *col.*1. *in princ.*

Et inſeparabiliter inhærent ſubjecto extenſo, & ampliato, ejuſque pars, & incrementum ſunt, atque ita ſe habent, ac ſi a principio ineſſent. *Cap.*6. *Art.*18. *pag.*89. *col.*1. *ad med.*

Neque rem ampliatam deſtruunt, ſed ſupponunt, conſervant, & augent. *Ibid. in fin.*

Verbum *nati* exprimit etiam deſcendentes. *Cap.*4. *Art.*27. *pag.*39. *col.*1. *poſt med.*

Verbum *præſtare* ſignificat *facere*, *efficere*, *cavere*, *implere*, *providere*. *Cap.*2. *Art.*2. *pag.*4. *col.*2. §. *Secundo*.

Verbum *poſteri* capit omnes indifferenter, qui poſt nos erunt. *Capit.*4. *Art.*27. *pag.*39. *col.*1. *ad fin.*

Verbum *adjectio* indicat declarationem, ſi termini eam patiantur, aliàs inducit novam diſpoſitionem. *Cap.*5. *Art.*4. *pag.*46. *col.*1. *poſt med. verſ. Adjectio enim*.

Verbum *ſuppletio* eoſdem habet effectus, quos habet verbum *adjectio*. *Ibid. verſ. Et utrumque*. Et ſignificat augumentum, novamque diſpoſitionem. *Ibid. dicta pagin.*46.

Digitized by Google

*gin.46. col.2. in princ.* Et explicat ea quæ fuerunt in mente Concedentis, & in ejus verbis deſunt, exemplo æquitatis. *Ibid. col.1. in fin.*

Verbum *decernimus* jus antiquum per viam actus judicialis declarat, & novum inducit, ſi opus fuerit. *Cap.5. Art.4. pag.47. §. fin.*

Verbum *potior* eſt comparativum, & *cautela* adjectum, haec ſupponit, & ſufficientem jam adeſſe, & clariorem addit. *Cap.5. Art.6. pag.50. col.1. in princ.*

Verbum *contingere* ſignificat eventualitatem facti in alterutram partem futuri. *Cap.6. Art.6. pagin.70. col.2. §. fin.*

Verborum geminatio. V. Geminatio.

F I N I S.

Digitized by Google

| Pag. | col. | verſ. | *Errata.* | *Corrige.* |
|---|---|---|---|---|
| 9. | 1. | 19. | Brevi | Brevis |
| 15. | 1. | 6. | donationi | Donationis |
| 43. | 2. | 40. | dependentem | independentem |
| 47. | 1. | 21. | quo | qua, |
| ibid. | | 41. | etſi | & ſi |
| 50. | 1. | 37. | ab nepotes | abnepotes |
| 52. | 2. | 5. | graviſſimæ, ſunt | graviſſimæ ſunt, |
| 53. | 2. | 19. | ſanà | ſanè |
| 54. | 1. | 20. | ſalvatur | ſalvetur |
| 63. | 2. | 21. | dilationem | dilatationem |
| 69. | 2. | 29. | aut ſocordia in Curia | ſocordia, aut in curia |
| 71. | 1. | 41. | incapacitatem | capacitatem |
| ibid. | | 40. | , | ? |
| 72. | 1. | 34. | Appii | Oppii |
| 81. | 1. | 9. | prætentionem | prætenſionem |
| 85. | 2. | 27. | ultimum | penultimum |
| 90. | 2. | 34. | 5. | 6. |
| 91. | 1. | 16. | 5. | 6. |
| 93. | 2. | 37. | 5. | 6. |
| 108. | 2. | 19. | & | te |
| 127. | 2. | 4. | abque | abſque |
| 128. | 1. | 41. | conceſſionem | conceſſionum |
| 133. | 1. | 41. | ob | ex |
| ibid. | 2. | 14. | omittere | amittere |
| 141. | 1. | 3. | Judicis | judicio |
| 148. | 1. | 12. | dilationem | dilatationem |
| ibid. | 2. | 32. | alios | ſolos |

## In Præfatione.

| Pag. | verſ. | *Errata.* | *Corrige.* |
|---|---|---|---|
| 8. | 11. | Quia verò | Qui verò |
| ibid. | 16. | brevis | brevi |

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google